

Gasapino Antegnati

Note cronistiche

1. Quia hic traditum est de nativitate et educatione Romuli et Remi, ante autem quam procedatur ad Urbis condicionem et ad Romulum qui Urbem conditam proprio nomine Romam appellavit, et ad Numam Popilium secundum regem Romuli successorem, et ad alios reges et rectores Rome secundum seriem in *Pomerio* traditam, pulcrum et amenum erit prius enarare et huic addere aliqua hic omissa et aliqua non tam plene scripta que in aliis cronicis reperiuntur, et maxime in *Cronica fratris Martini*, videlicet primo de quatuor regnis maioribus, secundo de tempore quo Roma incepit, tercio de personis a quibus Roma incepit, quarto de modo quo Roma construi et disponi cepit, quinto de turibus et circuitu Rome, sexto de portis existentibus circa Romam, septimo de palaciis et aliis meniis que fuerunt Rome, octavo de templis, nono de Romulo et Remo, et ipsius morte secundum *Cronicam Martini*, et ex hiis omnibus seriatim traditis redeundum erit prima ad Romulum, successive ad alios reges et rectores Rome².

Primo de III regnis maioribus

2. Reperiuntur autem inter alia regna quatuor fuisse maiora secundum quatuor climata mundi, videlicet Babilonicum ab oriente, quod incepit anno tempore Abrae; Cartaginense a meridie, quod incepit tempore iudicum sub Tola duce, quando Cartago condicta est; Macedonicum a septentrionali, quod incepit ab Alessandro, circa tem-

¹ Alla fine del secondo libro, e prima dell'*explicit*. A margine: «adictio durat usque ad tale signum ↑».

² Riprende, ampliandola, una movenza già in MARTIN. 398,1-3: «Primo ergo dicendum est de 4 regnis maiorib, de quibus Romanum ultimum fuit. Secundo dicendum est de tempore quo Roma incepit. Tercio de personis a quibus incepit. Quarto de modo quo incepit. Quinto de rectoribus et regimine quo profecit».

pora Machabeorum; Romanum ab occidente, quod incepit a Romulo. Quorum regnum duo media regna minora fuerunt, primum vero et ultimum maiora, scilicet potentia et duratione fuisse leguntur; et sic omnes ystorie Babilonice a Nino, cuius uxor Semiramis Babilonia instauravit, sicut a Protho qui peravus Romuli fuit, Romane ystorie initium habuerunt sicut dicit Orosius ystoricus³.

3. Item sicut a primo anno imperii Nini, in quo usque ad Semirami Babilonia tempore Abrahe instauravit cepit, fluxerunt anni sexaginta quatuor, sic a primo anno Prothi quo regnare cepit usque ad condictionem et fabricationem urbis romane, que facta est a Romulo, fluxerunt similiter anni sexaginta quatuor. Cuius Babilonie casum et excidium rex Cyrus fecit tempore Osore et Çacharie prophete⁴.

Secundo de tempore quo Roma incepit

4. Tempus quo Roma incepit fuit postquam fluxerant a creacione orbis anni quatuor milia quadrigenti octuaginta quatuor, anno post primam eversionem Troye quadrigenteximo quinquagesimo quarto, quando regnavit in India rex Achaç. Longe enim ante creationem Urbis plerique in Ytalia circa locum ubi postea Urbs condicta est leguntur regnasse⁵.

5. Et primus Creteis Saturnus venit ab horis. Qui Saturnus, enuchus factus per Jovem filium, fugit a facie sui, de Creta veniens navigio in Ytaliam prope ubi nunc Roma est et ibi in silvis et rubis timore filii sui Jovis latuit absconditur, et ideo Latini postea regionem illam Ytaliam quasi absconditam vocaverunt. Qui Saturnus tunc docuit populum terre domos edificare, laborare terras, plantare

³ MARTIN. 398,6-13.

⁴ MARTIN. 398,13-16.

⁵ MARTIN. 398,30-32.

vineas et vivere sicut homines. Nam homines antea nesciebant laborare, sed erant sicut bestie, manducantes glandes, et habitabant in cryptis et in cassellis de frondibus cohoperitis. Et pro hiis omnibus non solum a rusticis princeps eorum factus est, sed etiam deus est nominatus. Qui rex factus ob timorem filii sui Jovis non longe a loco ubi nunc est Roma civitatem construxit, quam suo nomine Saturniam vocavit, que modo Sutrium esse dicitur, ubi primum granum seminatum asseritur⁶.

6. Post Saturnum regnavit Pirus filius eius. Post Pirum regnavit Fanus filius eius; fuit pater Latini. Deinde regnavit Latinus qui latinam linguam emendavit, et Latini de suo nomine appellati sunt⁷.

7. Hii predicti reges regnaverunt centum et quinquaginta annis ante adventum Enee, de quo proceserunt qui postea Romam con<s>truxerunt⁸.

Tercio de personis a quibus Roma incepit

8. Persone vero a quibus Roma condicta et denominata est a Troyanis, ab Enea duce Troyanorum originem habuerunt. Nam postquam Troya capta est tercio anno Abdom, qui iudicavit Israel. Destructa fuit ante Urbem conditam CCCXXX anno. Nam post rapturn Helene coniuratio Grecorum et concursus mille navium et post decenem obscidionem Troye excidium secutum est. In quo decenio, quas cruentissimo bello et quantas nationes et populos ille turbo involverit atque fluxerit, Omerus poeta lucidissime ostendit. Post cuius excidium exierunt inde Eneas et Achises pater eius et Ascanius filius Enee, et navigantes duodecim navibus devenerunt in Syciliam.

⁶ MARTIN. 398,32-40.

⁷ MARTIN. 398,41-42.

⁸ MARTIN. 398,42-43.

Ubi Achise patre mortuo, cum velent navigare in Ytaliam, per tempestatem maris devenerunt in Africam. Ubi a Dydone regina, que Cartaginem dicitur condidisse, nimium adamantur, post aliquanto more contractum, relicta Dydone regina et Africi in Ytaliam devenerunt. Ubi cum in portu, ubi Tyberis influit mare, aplicuissent, dictum est Enee in somnis: «Vade ad regem Evandrum, qui regnat in septem montibus - scilicet in illo loco ubi postea Roma posita et condicta fuit - qui pugnat contra Latinum regem, et tu iuvabis eum quia tibi debetur regnum Ytalie. Et ut credas do tibi istud signum: quando pro<c>eseris invenies sub albore ellice porcam albam cum XXX filiis albis». Et ibi ex hoc eventu edificata postea est civitas que usque hodie Albanum nomen accepit. Cum autem Evander vidisset Eneam suspicatus sibi hostem cum armis occurrit. At Eneas hoc cernens tullit ramum olive, sibi ostendens in signum pacis more antiquorum, qui de terra ad terram transeuntes, ne crederentur hostes, ramum olive in manu deferebant pacem portando. Confederati itaque sunt Eneas et Evander contra Latinum regem⁹.

9. Turnus rex Tuscie, qui fuit gener Latini, ex eo quod Laviniam filiam eius haberet in uxorem, venit in sucursum Latini. Qui bello insimul inito, Pallas filius Evandri a Turno occiditur. Cuius corpus <et> sepulcrum in urbe Romana postea tempore Henrici Secundi imperatoris inventum fuit, sicut infra legitur ubi de Henrico imperatore Secundo scribitur¹⁰.

10. Quo Turno postea occiso, Eneas Laviniam eius uxorem, filiam Latini regis duxit in uxorem. Et post mortem Latini Eneas tenuit regnum Latinorum tribus annis, anno tertio a captivitate Troye. Et Enea mortuo, Ascanius eius filius, quem de Troya secum eduxerat,

⁹ MARTIN. 398,44-399,9.

¹⁰ MARTIN. 399,10-13.

accepit regnum, et Albanam cyvitatem in loco ubi inventa fuerat porca alba cum XXX filiis albis construxit, tempore Samsonis quando iudicavit Israel; a qua civitate Latini dicti et denominati sunt Albani¹¹.

11. Ascanius vero cum regnasset XXVIII annis mortuus est¹².

12. Lavinea vero ab Enea comceptum filium post mortem Enee peperit ipsum, qui ex hoc Postumus dictus est, qui post mortem patris natus est. Et ideo dictus est Silvius qui in silva nutritus fuit, qui regnavit annis XXIX [et] post Ascanium. Propter quem et omnes alii Albanorum reges, qui ab isto descenderunt Sylvii dicti sunt¹³.

13. Post hunc regnavit Eneam filium Postumi Sylvii annis XXXI¹⁴.

14. Post hunc regnavit Latinus Sylvius annis L, sub quo prophetavit Gat et Natham, de quo etiam dicitur et Cartago condita¹⁵.

15. Post hunc regnavit Alba Sylvius annis XL tempore Salomonis¹⁶.

16. Post hunc regnavit Egyptus sive Achis Silvius annis XXIIII tempore Roboam in Iudea¹⁷.

17. Post hunc regnavit Cappis Silvius annis XXXVIII. tempore Asa in Juda. Ipse fecit Capuam in Ca<m>paneia¹⁸.

18. Post hunc regnavit Carpentus Sylvius annis XIII tempore Josaphat in Juda¹⁹.

¹¹ MARTIN. 399,13-16.

¹² MARTIN. 399,16-17.

¹³ MARTIN. 399,17-20.

¹⁴ MARTIN. 399,20.

¹⁵ MARTIN. 399,20-22.

¹⁶ MARTIN. 399,22.

¹⁷ MARTIN. 399,22-23.

¹⁸ MARTIN. 399,23-24.

19. Post hunc regnavit Thyberius Sylvius annis IX sub Ocacia rege Judee. A quo Tyberio Tyberis flumen nomen accepit. Nam Albula antea dicebatur, sed Tyberio intus submerso nomen a viro retinuit sicut dicit Titilivius ²⁰.

20. Post hunc regnavit Agrippa Silvius XL annis tempore Aschab in Juda. Huius tempore dicitur floruisse Omerus in Grecia ²¹.

21. Post hunc regnavit Silvius Aremulus annis XIX tempore Joraç in Judea. Hic prescidium Albanorum inter montes ubi nunc Roma est possuit ²².

22. Post hunc regnavit Aventinus annis XXIII, ex quo parti Urbis hoc nomen assumptum est, quia ibi sepultus fuit. Et fuit tempore Amasie in Judea ²³.

23. Post hunc successit eum in regnum Albanorum Prothas filius Aventini et regnavit annis XXIII tempore Oçie regis Juda ²⁴.

24. Post hunc regnavit filius eius Amulius Silvius annis XLIII, qui fratrem nomine Numitorem a regno egecit tempore Joathan regis in Juda. Ex cuius Numitoris filia, Reha nomine sive Jlia, cum adulta virgo esset in templo dee Vestalium dedicata, et sacerdos Martis cum ipsa oculte cubuisse, nati sunt duo gemelli, videlicet Romulus et Remus. Quorum mater propter incestum quem comiserat, secundum leges que tunc constitute fuerant, viva sepulta fuit. Filii vero eius Romulus et Remus, iactati fuerunt in rubis prope ripam Tyberis, ubi a lupa lactati fuisse dicuntur. Reperiens autem eos quidam pastor

¹⁹ MARTIN. 399,24-25.

²⁰ MARTIN. 399,25-27.

²¹ MARTIN. 399,27-28.

²² MARTIN. 399,28-29.

²³ MARTIN. 399,29-30.

²⁴ MARTIN. 399,30-31.

Faustilius nomine, portavit eos ad Laurenciam uxorem suam, et nutritivit eos. Ipsa vero Laurencia, que formosa erat meretrix, et multum de corpore suo lucrebatur, ex questu eius meretricum vicini eius lupam vocaverunt. A qua postea cellule meretricum questu corporis facientium lapanaria dicta sunt Tam - sive predicta Laurencia uxor pastoris, que Romulum et Remum la<c>tavit, dicta sit lupa, dubitatur sive non - sed quod a vera et naturali lupa lactati fuerunt antique sculpture in marmoribus que in Urbe reperiuntur, et etiam in Titulivius ita scribit 25.

25. Predicti ergo Remus et Romulus cum crevissent congregaverunt pastores, latrones, homicidas et omne genus malorum, et Amulium Sylvium regem, qui avum Numitorem eius fratrem de regno eiecerat, occiderunt, avum eorum Numitorem in regnum reponendo 26.

26. Ab hiis ergo duobus, scilicet Romulo et Remo de Enea troyano descendentibus, Roma constructa fuit <et> nomen accepit, anno a destrucione Troye quadrinteximo quinquagesimo quarto, sicut dicit Orosius, tempore Achaç regis Juda 27.

Quarto modo quo Roma incepit construi et disponi

27. Modum autem constructionis et disposicionis Romane urbis demonstrat Oscidius sic dicens: Postquam filii Noe edificaverunt turim confussionis, Noe cum aliquibus ratem, scilicet navim parvam, ingressus venit in Ytaliam et non longe a loco ubi nunc est Roma civitatem construxit nominis sui, in qua et laboris et vite terminum dedit 28.

25 MARTIN. 399,32-41.

26 MARTIN. 399,42-43.

27 MARTIN. 399,43-45.

28 MARTIN. 399,46-400,1.

28. Janus vero filius [Noe] una cum Jano filio Japheth nepote suo, et Camese indigena civitatem Januculum construens regnum accepit. Hic autem cum Camese iam dicto apud Transtyberim palatium construxit, quod Janiculum appellavit, in eo loco ubi nunc est ecclesia Sancti Johannis ad Janiculum sita ²⁹.

29. Eo tempore Nemroth qui et Saturnus, a Jove filio suo eunuchatus fuit, ad predicti Jani regnum pervenit eiusque iuvamine fultus construxit civitatem ubi nunc est Capitolium ³⁰.

30. Illisque diebus Ytalus rex ad Jani et ad Saturnum cum Seracusanis veniens, civitatem construxit iusta Albulam flumen, quod postea Tyberis dictus ³¹.

31. Hercules quoque filius ipsius Ytali regis post hoc cum Argivis veniens, ut Varo scribit, fecit civitatem Valeriam sub Capitolio ³².

32. Post hunc rex Tyberis ab oriente cum gente sua veniens edificavit civitatem iusta Tyberim ³³.

33. Demum Evander rege Archadie cum suis fecit civitatem in monte Palatino ³⁴.

34. Similiter rex Oribam cum exercitu veniens construxit civitatem ibi iusta in vale ³⁵.

35. Glaucus filius minor fili Jovis veniens etiam civitatem et menia construxit ibidem ³⁶.

²⁹ MARTIN. 400,2-5.

³⁰ MARTIN. 400,5-7.

³¹ MARTIN. 400,7-9.

³² MARTIN. 400,9-10.

³³ MARTIN. 400,10-11.

³⁴ MARTIN. 400,11-12.

³⁵ MARTIN. 400,12-13.

³⁶ MARTIN. 400,13-14.

36. Post Eneam, veniens Romam filia Enee cum multitudine Troyanorum civitatem etiam ibidem construxit ³⁷.

37. Aventinus quoque rex Albanorum in monte Aventino civitatem et mausoleum sibi construxit ³⁸.

38. Anno autem quadringentesimo quinquageximo quarto destrucionis Troye Romulus, Priami Troyanorum regis sanguine natus, fratre suo Remo iam mortuo, anno etatis sue XXII, XV kalendas maias omnes civitates predictas muro cingere cepit et perfecit, et ex suo nomine Romam vocavit. Et in ea Sabinenses, Albanenses, Tusculanenses, Politanenses, Celenenses, Sitavenenses, Camarinenses, Canpanati, Lucani et omnes pene nobiles Ytalie cum uxoribus et liberis convenerunt ibi habitaturi ³⁹.

Quinto de turibus et circuitu Rome

39. Habet autem Roma tures trecentas sexaginta. In circuitu vero eius sunt miliaria XXII, preter Transtyberim et civitatem Leoninam, cum quibus dicitur habere XLII miliaria. Et dicit Titus Livius, in prologo de Roma, quod tempore paupertatis, nusquam alter locus ea sanc*t*ior nec bonis exemplis dictior fuit, et quanto quis rerum minus habuerat tanto minus cupiditatis habebat. Postea divicie avariciam et luxuriam induxerunt ⁴⁰.

Sexto de portis existentibus circa Romanam

40. Porte principales Urbis sunt hee: porta Capoana, que dicitur porta Sancti Pauli iusta sepulcrum Remi ⁴¹.

³⁷ MARTIN. 400,14-15.

³⁸ MARTIN. 400,15-16.

³⁹ MARTIN. 400,16-21.

⁴⁰ MARTIN. 400,21-26.

⁴¹ MARTIN. 400,27-28.

41. Item porta Apia , que dicit ad Domine quo vadis? ad ceta-cumbas ⁴².
42. Item porta Latina, iusta quam sanctus Johannes in oleo coctus fuit ⁴³.
43. Item porta Asinaria Lateranensis ⁴⁴.
44. Item porta Metronii, ubi rivus influit civitatem ⁴⁵.
45. Item porta Lavicina, que maior dicitur, que est circa Sanctam Crucem ⁴⁶.
46. Item porta Taurina vel Tyberina, que dicitur Sancti Laurencii ⁴⁷.
47. Item porta Iuventana, que vadit ad Sanctam Agnetem ⁴⁸.
48. Item porta Salaria, que vadit versus Sanctam Sabinam ⁴⁹.
49. Item porta Pinciana, que circa ecclesiam Sancti Felicis in Pincis ⁵⁰.
50. Item porta Flammea, que est circa ecclesiam Sancte Marie de Populo, et per eam itur ad pontem Milvium ⁵¹.
51. Item porta Collina, que est circa templum Adriani, circa pontem Sancti Petri ⁵².
52. Trans Tyberim sunt porte tres, et in civitate Leonina tres ⁵³.

⁴² MARTIN. 400,28-29.

⁴³ MARTIN. 400,29.

⁴⁴ MARTIN. 400,29-30.

⁴⁵ MARTIN. 400,30.

⁴⁶ MARTIN. 400,30-31.

⁴⁷ MARTIN. 400,31-32.

⁴⁸ MARTIN. 400,32-33.

⁴⁹ MARTIN. 400,33.

⁵⁰ MARTIN. 400,33-34.

⁵¹ MARTIN. 400,34-35.

⁵² MARTIN. 400,35-36.

⁵³ MARTIN. 400,36-37.

Septimo de palaciis et meniis que fuerunt Rome

53. Palatium maius erat in medio Urbis in signum monarchie orbis⁵⁴.

54. Item palatium Romuli, quod erat iuxta tugurium Faustili. Item palatium Neronis Lateranense prope Sanctum Marcellinum et Petrum, et dictum Lateranense a latere septentrionali plage, in quo situm est, vel a rana, quam Nero latenter peperit⁵⁵.

55. Item palatium Sursurianum, ubi modo est ecclesia Sancte Crucis. Item palatium Pacis, ubi Romulus romanus posuit statuam suam auream dicens: «Non cades donec virgo pariet»⁵⁶.

56. Item palatium Trayani⁵⁷.

57. Item palatium Adriani, ubi est columpna⁵⁸.

58. Item palatium Claudio⁵⁹ prope Panteon.

59. Item palatium Amtonini, ubi est alia columpna⁶⁰.

60. Item palatium Neronis supra hospitale Sancti Spiritus usque ad Sanctum Petrum⁶¹.

61. Item palatium Camilli⁶².

62. Item palatium Julii Cesaris et requiescit⁶³.

63. Item palatium Cromacii⁶⁴.

54 MARTIN. 400,38.

55 MARTIN. 400,38-41.

56 MARTIN. 400,41-43.

57 MARTIN. 400,43-44.

58 MARTIN. 400,44.

59 MARTIN. 400,44.

60 MARTIN. 400,45.

61 MARTIN. 400,45-46.

62 MARTIN. 400,46.

63 MARTIN. 400,46-47.

64 MARTIN. 400,47.

64. Item palatum Eufemiani in monte Aventino ⁶⁵.

65. Item palatum Titi et Vespesiani foris muros ad categumbas

^{66.}

66. Item palatum Constantini, ubi est quidam equus ereus magnus cum homine qui dicitur Constantinus, sed non est Constantinus. Tempore enim quo consules et senatores Urbem regnabant, quidam armiger magne forme, virtute audax, quemdam regem potentissimum qui Urbem obscidebat, captata hora cum idem rex ad secreta nature ivisset ad locum consuetum, ipsum raptum deportavit in Urbem, et sic soluta fuit obsidio Urbis, Romanis deducentibus eius exercitum ad nichilum. Et hoc memoriale factum fuit armigero ut petivit ⁶⁷.

67. Item palatum Domiciani trans Tyberim ad Micam Auream

^{68.}

68. Item palatum Olympiadis, ubi assatus fuit sanctus Laurentius ⁶⁹.

69. Item palatum Octaviani , circa locum ubi est ecclesia Sancti Silvestri ad caput ⁷⁰.

70. Item palatum Neveis apud scolam grecam ⁷¹.

71. Item palatum Ciceronis, ubi nunc est domus filiorum Petri Leonis ⁷².

72. Item palatum Cathekine, ubi est ecclesia Sancti Amtonii, iusta quam est locus qui dicitur Jnfernus, ex eo quod ex antiquo tempore erat ibi vorago, ex qua exilicio magnam perniciem Romanis

⁶⁵ MARTIN. 400,47-48.

⁶⁶ MARTIN. 400,48.

⁶⁷ MARTIN. 400,48-401,5.

⁶⁸ MARTIN. 401,5-6.

⁶⁹ MARTIN. 401,6.

⁷⁰ MARTIN. 401,6-7.

⁷¹ MARTIN. 401,7-8.

⁷² MARTIN. 401,8-9.

inferebat, ubi Martinus Circus, ut liberaretur civitas responso deorum armatus proiecit se, et tunc clausa est illico terra et civitas liberata⁷³.

73. Palatia vero que dicuntur terme fuerunt hee, videlicet terme Antoniane, Tyberiane, Nepotiane, Domiciane, Maximiane, Luciniane, Diocliciane, Olimpiadis, Agrippe, Alesandrine⁷⁴.

74. Capitolium vero erat capud mundi, ubi consules et senatores erant et morabantur ad gubernandum orbem; cuius facies erecta erat muris altis et firmis, vitro et auro undique cohoptis, ut essent speculum omnibus cernentibus⁷⁵.

Octavo de templis que fuerunt Rome

75. In sumitate arcis Capitolii fuit templum Jovis in quo erat aurea statua Jovis sedens in aureo trono. Ubi etiam fuit templum Asylum, in quo interfectus fuit Julius Cesar⁷⁶.

76. Item sub Capitolio, ubi iacet simulacrum Mamertini fuit templum Jovis⁷⁷.

77. Item ubi est Sancta Martina fuit templum Fatale⁷⁸.

78. Item ad Sanctum Adrianum fuit templum Refugii⁷⁹.

79. Item ad Sanctum Sergium fuit templum Concordie⁸⁰.

80. Item in Canapara fuit templum Cere<r>is et Teluris⁸¹.

81. Item templum Veste fuit ubi dicitur Infernus et dicitur Cumcumabre⁸².

73 MARTIN. 401,9-12.

74 MARTIN. 401,12-14.

75 MARTIN. 401,14-17.

76 MARTIN. 401,18-20.

77 MARTIN. 401,20.

78 MARTIN. 401,20-21.

79 MARTIN. 401,21-22.

80 MARTIN. 401,22.

81 MARTIN. 401,22-23.

82. Item in ecclesia Sancti Cosme fuit templum Axilum ^{83.}

83. Item retro Sanctum Cosmam fuit templum Pacis ^{84.}

84. Item superius fuit templum Romuli ^{85.}

85. Item ubi est Sancta Maria Nova fuit templum Concordie et Pietatis. Ibi etiam fuit prope cartularium, eo quod fuit ibi bibliotheca publica, de quibus XXVIII fuerunt in Urbe ^{86.}

86. Item ante Coliseum fuit templum Jovis Solis, ubi fiebant querimonie simulacro quod stabat in sumitate Colisei, habenti in capite coronam auream gemis ornata, cuius caput et manus sunt in Laterano ^{87.}

87. Item Septisolium, quod fuit septem ordinibus columpnarum subnixum, fuit templum Solis et Lune. Item ibi prope est Sancta Albina in Abeston, ubi fuit Mutatorium Cesaris. Ibi enim fuit cendelebrum factum de lapide albeston, qui semel accensus et sub div[i]o positus nulla arte extinguitur. Qui locus ideo dictus est Albeston, sed alii quia ibi fiebant albe stole imperatorum ^{88.}

88. Ibi post altare est ymago Salvatoris nostri divinitus pincta ^{89.}

89. Arcus Prisci Tarquini, qui fuit inter montem Aventinum et magius palatum duabus portis, una ab oriente, altera ab occidente, claudebatur, fuit mire pulcritudinis, et fuit ita dispositus quod nemo Romanorum offendebat alterum in iussione ludi qui ibi fiebat. Ibi

⁸² MARTIN. 401,23.

⁸³ MARTIN. 401,23-24.

⁸⁴ MARTIN. 401,24-25.

⁸⁵ MARTIN. 401,25.

⁸⁶ MARTIN. 401,25-27.

⁸⁷ MARTIN. 401,27-29.

⁸⁸ MARTIN. 401,29-33.

⁸⁹ MARTIN. 401,33-34.

enim erant duo equi erei deaurati in fastigio arcuum sive portarum elevati, unus ab oriente et alias ab occidente, quia naturali sua et mirabili disposicione videbantur provocare equos transeuntes ad cursum. Quos Constantinus secum in Constantinopolim aportavit ⁹⁰.

90. Item in Exquilino monte, qui est inter Sanctam Mariam Maiorem et Lateranum, ubi quidam adhuc columpne et ymagines apparent, fuit templum quod vocabatur Cymbrum, eo quod Cymbros diecerant Romani ⁹¹.

91. Item ubi nunc est Sancta Maria Rotunda fuit templum Cybales ⁹².

92. Item ad Sanctam Mariam de Fontana fuit templum Phani, cuius simulacrum locutum est Iuliano et decepit eum ⁹³.

93. Item templum Veneris fuit ad Sanctum Petrum ad Vincula ⁹⁴.

94. Item in monte Julio, ubi nunc dicitur mensa imperatoris, fuit templum Jovis et Diane. Item iusta cabalos marmoreos fuit templum Saturni et Bachi, ubi nunc iacent simulacra eorum. Caballi quoque marmorei quare facti fuerunt breviter tangam ⁹⁵.

95. Tempore Tyberii imperatoris venerunt Romam duo iuvenes phylosophi, Praxillus et Fidasibia nomine, qui penitus nudi incedebant. Quos cum imperator interrogasset cur nudi incederent responderunt: «Quia omnia sunt nobis nuda et aperta, et quia mundana omnino contempnimus et nichil possidemus, quia quidquid tu dixeris in secreto tibi nobis apertum est et notum». Quod cum

⁹⁰ MARTIN. 401,34-39.

⁹¹ MARTIN. 401,39-42.

⁹² MARTIN. 401,42.

⁹³ MARTIN. 401,42-44.

⁹⁴ MARTIN. 401,44.

⁹⁵ MARTIN. 401,44-47.

imperator ita comperisset verum esse sicut dixerant, inplevit eis promissum quod pecierant, tale equorum memoriale reliquendo ⁹⁶.

96. Item ubi nunc dicitur Sancta Maria Rotunda fuit templum Cybeles, que Cybeles fuit mater deorum. De cuius templi constructione traditur ubi dicitur de Domiciano fratre Tyti et filio Vespesiani imperatore. Item ad Gradellas templum Solis fuit ⁹⁷.

97. Item ubi Sanctus Stephanus Rotundus fuit templum Fani ⁹⁸.

98. Item in Elephanto fuit templum Sybille et templum Ciceronis, ubi nunc est domus filiorum Petri Leonis. Ibi etiam est carcer Tulianus, ubi est ecclesia Sancti Nicholay . Ibi etiam prope fuit templum Jovis, ubi fuit pergula aurea. Item ad Amgelum Sanctum fuit templum Severianum ⁹⁹.

99. Item ad Vellum Aureum fuit templum Minerve ¹⁰⁰.

100. Item in ponte Judeorum fuit templum Phani. Item ad Sanctum Stephanum in Pescina fuit templum quod dicebatur olovi-treum, totum factum de cristalo et auro, ubi erat astronomia cum omnibus signis celi. Quod legitur sanctum Sebastianum cum Tyburcio filio Cromacii destruxisse ¹⁰¹.

101. Item ad Sanctam Mariam trans Tyberim fuit templum Ravenancium, et fuit domus meritoria, ubi merebantur milites qui gratis serviebant senatui ¹⁰².

102. Item sub Ianicula fuit templum Gorgonis ¹⁰³.

⁹⁶ MARTIN. 401,47-402,5.

⁹⁷ MARTIN. 402,6-8.

⁹⁸ MARTIN. 402,8.

⁹⁹ MARTIN. 402,9-12.

¹⁰⁰ MARTIN. 402,12.

¹⁰¹ MARTIN. 402,12-15.

¹⁰² MARTIN. 402,15-17.

¹⁰³ MARTIN. 402,17.

103. Item <in> imsula fuit templum Jovis et Esculabii ¹⁰⁴.

104. Hec et alia palatia et templa imperatorum, consulum, senactorum, prosectorum, civium nobilium in urbe Roma fuerunt mire pulcritudinis, [ea] ex auro argentoque, ebore ac preciosis lapidibus et marmoribus diversorum colorum ¹⁰⁵.

Nono et ultimo de Romulo et Remo, et ipsius Remi morte, et qualiter subiugarent vicinas civitates secundum Cronicam fratris Martini

105. Romulus et Remus, sicut primi Romanam urbem condiderunt, sic et primi in eadem dominati fuerunt. Nam cum haberent annos XVIII ambo, quia gemelli fuerunt, aggregatis pastoribus et latronibus et omni genere malorum hominum, fecerunt parvulam civitatem in monte Palatino, per illam autem civitadellam per vim et tyranidem omnes alias civitates ibidem constructas subiugarunt. Sed, anno tercio ab Urbe parva condita, Remus occisus est [in] rastro pastorali a Fabio duce Romuli, cum contenderent fratres de augurio vulturrum quod uterque viderat secundum Tytulivium ¹⁰⁶.

106. Vulgarior tamen oppnio est Remum quia novos civitatis muros contra statutum transilierat interfectum ¹⁰⁷.

107. Premissis itaque utiliter inspectis, in *Pomerio* obmissis vel in aliam formam in quibusdam traditis, redeundum est secundum formam in *Pomerio* seriatim traditam ad reges et alios Rome rectores, et primo ad Romulum et Remum, ubi obmissum fuerat, qui fuerunt urbis Rome primi condictores, et qualiter Romulus interfecit Remum condita Urbe, deinde ad alios reges, consules, dictatores et principes,

¹⁰⁴ MARTIN. 402,18.

¹⁰⁵ MARTIN. 402,18-21.

¹⁰⁶ MARTIN. 402,25-30.

¹⁰⁷ MARTIN. 402,35-36.

secundum quod successive per tempora successerunt diversa, de quibus Romulo et Remo etiam traditur.

2 108

et dictum est Capitolium quia cum fundamenta fodirentur inventum fuit caput hominis sine corpore.

3 109

in quadam cronica inveni anno Urbis condite C et XLIII condite sunt a Gallis in Ytalia urbes scilicet Mediolanum, Brisia, Verona, Vicencia.

4 110

alii autem eius colege fuerunt Genucius, Seccius, Veterius, Julius, Manilius, Suplicius, Curaciis, Romelius, Postumius¹¹¹.

5 112

nomine Mecius tusculanus nobilis eques¹¹³

¹⁰⁸ Alla fine di III,11 dopo «ipsum», dove si parla di Tarquinio Prisco.

¹⁰⁹ A margine di III,11.

¹¹⁰ In III,36,1 dopo «expers», dopo aver detto che Appio Claudio era il primo dei decemviri.

¹¹¹ LIV. III,33,3.

¹¹² In III,50,1 dopo «hostis unus», riferito all'avversario di Torquato nel duello.

¹¹³ LIV. VIII,7,2.

6 114

Tantus rumor in sumo Oriente constituti ducis populos ultimi Occidentis invaserat, ut inde peregrini toto mundo cerneret legationem, quo vix crederes pervenisse rumorem.

7 115

Ita autem quocienscumque Galli exarserunt, totis opibus suis Roma detrita est¹¹⁶.

¹¹⁴ Dopo III,59,19, parlando delle ambascerie che giungono a Babilonia presso Alessandro. Ripete per intero il passo di Orosio III,20,3 («Tantus timor in summo Oriente constituti ducis populos ultimi Occidentis invaserat, ut inde peregrinam toto mundo cerneret legationem, quo vix crederes pervenisse rumorem»), che Riccobaldo aveva solo riassunto così: «Ibi totius mundi legationes potuerant intueri».

¹¹⁵ Alla fine di III,63

¹¹⁶ Aggiunge al testo il brano successivo di Orosio (III,22,15), che Riccobaldo non riportava.

8 117

Hoc tempore a consulibus Romane urbis data est in cultura Placentinis Bellona, que est soror Martis, que vocatur deus belli, et tunc in civitate Placencie dedicatum fuit templum Bellone, eo quod Bellona ad bella animosa est, que proprietas muliebris est, et naturaliter Placentini ad bella et discordias sunt proni, et in hiis perseverantes infelicissime perficiunt. Hoc autem templum inventum fuit in fondamentis palacii novi Placencie subtus terram.

9 118

1. Hoc autem fideliter commemorare ideo par fuit, ut per omnia venturi Christi gratia paratum Octaviani Cesaris imperium comprobetur. Nam ipse Cesar Octavianus, cum primum Gaio Cesare avunculo suo imperfecto, ex Apolonia rediens Urbem ingrediretur, hora circiter tercia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbem solis ambigit, quasi eum unum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore venturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum et fecisset et regeret. Deinde cum secundo, in Sycilia receptis a Pompeio et Leppido legionibus, XXXX milia servorum, ut supra, dominis suis restituisset, et quadraginta et quatuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset ovansque Urbem ingressus omnia superiora populi Romani debita donandan, etiam literarum monumentis abolitis censuisse<t>. In diebus ipsis fons olei

¹¹⁷ Dopo III,132,5, mentre si parla della terza guerra punica.

¹¹⁸ In III,280,2 al posto del riccobaldiano: «Et ipsis diebus fons olei largissimus Rome trans Tiberim terra erupit e taberna meritoria, totaque die largiter fluxit significans gratiam Christi ad gentes». Si parla di Augusto

largissimus de taberna emeritoria per totum diem afluxit. Quo signo quid evidencius quam in diebus Octaviani Cesaris toto orbe regnantis futura Christi nativitas declarata est? Christus enim lingua gentis eius, in qua natus est, interpretatur unctus. Itaque cum eo tempore, <quo> Cesari perpetua tribunicia potestas decreta est, Rome fons olei per totum diem fluxit, sub principatu Cesaris Romanoque imperio per totum diem, hoc est per totum Romani imperii tempus, Christum et es eo quod christianis, idest unctum, atque ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc est de hospita largaque ecclesia, affluentis atque incessabili procesuros restituendosque per Cesarem omnes servos, qui eum cognoscerent et dominum suum, ceterosque, qui sine domino invenirentur, morti suplicioque dedendos, remitendaque sub Cesare debita pecatorum in ea urbe, in qua spontaneum fluxisset olim, evidentissimam his, qui prophetarum voces non audiebant, signa in celo et in terra prodigia prodiderunt. Tertio autem, ut infra proxime in principio ystorie ipsius Octaviani Cesaris sequitur, cum Cesar Urbem triunphans quinquieo et Lucio Apulegio consulibus, victor ad oriente rediens octavum ydus ianuarias cum triplici triunpho, quo et Janum post ducentos annos primum ipse, ut infra, clausit et clarissimum illud Augusti nomen asumpsit, qui<d> fideli<u>s ac verius credi aut cognosci potest, cuncurrentibus ad tantam manifestationem pace nomine die, qua hunc occulto quidem gestorum ordine[m] ad obsequium preparationis eius predestinatum fuisse, qui eo die, quo ille manifestandus mondo post paululum erat, et pacis signum pre[s]tulit, potestatis nomen asumpsit? Quod autem in quarto redditu, cum finito Cantabrico bello pacatisque omnibus gentibus, Cesar Urbem petiit, quid aliunde quam contestacionem fidei quam expromimus actum sit, ipso melius ordine proferetur¹¹⁹.

119 OR. VI,20,4-9.

2. Taberna autem emeritoria, de qua superius fit mencio, ideo dicebatur emeritoria, quia milites emeriti ea que suis stipendiis meruerant ibi solaciando expendebant, et quia ibi fons in signum venture nativitatis domini nostri Ihesu Christi erupit olim de ipsa taberna seu ibidem ad honorem beate Marie Virginis constructa fuit ecclesia a beato Calisto I papa Sancte Marie Virginis¹²⁰.

10 121

De Herodibus et per quot tempus eorum regnum duravit

1. Sciendum est ad hoc ut istius Herodis Ascalonite et aliorum Herodum, de quibus infra fit mencio, pleniorem noticiam habeamus, quod Antipater qui fuit pater Herodis istius, fuit tempore qui fuit prelium inter Pompeium Magnum et Julium Cesarem ad Papheofarlim, et adherebat Ponpeio in ipso prelio, ex eo quod constitutus ante fuerat per ipsum in Palestina Judee procurator, post discordias Hyrcani et Aristoboli fratrum, de regno Judee dimicancium, et capta Ierusalem ab ipso Amtonio¹²².

2. Hic Antipater IIII habuit filios, et unam filiam. Primus fuit Herodes Ascalonita, qui interficit pueros; secundus fuit Phalolus; tercius Josippus; quartus Fetotas; filia autem fuit Saloma¹²³.

3. Hic Antipater gentilis fuit. De IIII. eius predictis filiis unum eorum, videlicet Herodes, fuit rex in Juda, cui data fuit in uxorem neptis Hyrcani, nomine Mariannes, propter quam et regnum habuit et more Judeorum se circumdidit. Qui Herodes post infantes occisos

¹²⁰ MARTIN. 444,7-9.

¹²¹ Dopo III,289,6.

¹²² PC II Mc XIII,XIV,VIII.

¹²³ PC II Mc X.

VII annis tantum regnavit, quibus VII annis dominus noster in Egipto postea latuit¹²⁴.

4. Hic Herodes Ascalonita, filius Antipatris, quatuor uxores habuit: prima autem fuit Mathatha, ex qua genuit Archelaum; secunda Mariannes, ex qua genuit Aristobolum et Alexandrum; tercia Dosis, ex qua genuit Antipatrem; quarta Cleopatra, ex qua genuit Philipum et Herodem Antipatrem¹²⁵.

5. Aristobolus autem secundus prenominatus filius Herodis habuit filium Agrippam. Herodes Ascalonita premissus proselitus constitutus est rex Judee ab Antonio et Octaviano ut supra. Hic uxore Marianne occisa et trucidatis ex ipsa Marianna filiis suis innocentibus Alexandro et Aristobolo ac alio filio Antipatre ex uxore tercia Dosis nomine miserabiliter moritur, et Archelaus eius filius ex Matheta, eius uxore prima, in regno eidem substituitur¹²⁶.

6. Archelaus predictus filius prime uxoris Herodis Ascalonita, post longa certamina cum fratribus suis habita, factus dyarcus Ydumee et Judee, promotione regni elatus apud Cesarem Octavianum accusatus, Viennam per ipsum Octavianum, ut infra videbis, est exilio relegatus. Cuius finibus in provincia redactis, missus est Judee procurator per Octavianum Augustum Componius. Sub hoc autem Archelao rediit Josep de Egipto cum virgine Maria et Yhesu puer, audiens Herodem mortuum¹²⁷.

7. Herodes Antipater filius ultimus Herodis premissi Ascalonite ex Cleopatra premissa sua quarta, uxore sub quo dominus noster Ihesus Christus passus est, et Johannes decolatus, tetrarcha Gallilee factus, post longam concertationem cum Archelao eius fratre predicto

¹²⁴ PC II Mc XXI,XIX; Ev X-XI; II Mc XVIII.

¹²⁵ PC II Mc XIX.

¹²⁶ PC II Mc XXIII; Ev XIII,XVII,XVIII,XXII.

¹²⁷ PC Ev XXII,XXIV,XXV,XXIII.

de regno invidens factam, post passionem Domini persuasu Herodiatis sue uxoris Romam tendens, accusationem Herodis Agrippe filii predicti Aristoboli eius fratri, in exilium ut infra sequitur est per Tiberium imperatorem cum uxore sua Herodiade relegatus apud Viennam Burgundie ubi miserabiliter ambo moriuntur 128.

8. Herodes Agrippa filio Aristoboli varietatem fortune sepe expertus tristem mortis nuncium bubonem vidit.

9. Post hunc Agrippa eius filius in regno successit, qui regnavit annis XXVI, et sub quo finitum est regnum Herodum, ut infra sequitur, anno secundo imperii Vespesiani, quod regnum duraverat annis CIII.

10. Regnavit autem Herodes Ascalonita annis XXXVII. Archelaus eius filius annis VIII. Herodes Antipater tetrarcha frater predicti Archelai et filius Herodis annis XXIII. Herodes Agrippa filius Aristoboli filii etiam predicti Herodis Ascalonite annos VII. Agrippa eius filius annis XXVI 129.

11 130

Computatio aliquorum temporum

1. Anno Urbis condite DCXCIII Julius Cesar fu<ns>ctus est consulatus. Annos VIII consumpsit bellando in Galliis.

128 PC Ev LXXIII; Ac LIV-LXIV.

129 Ripete quanto letto in *Pomerium I,33.*

130 Alla fine del libro III. Si riferisce a Tiberio che consulta gli dei per sapere chi gli succederà.

2. Anno Urbis condite DCCIII exivit de Ravena et transivit Rubiconem et Pompeium fugavit Ytalia et Masiliam cepit et vicit; in Yspania preterivit.
3. Anno DCCIII vicit Ponpeium in Pharalalia, Ptolomeum in Alexandria, Pharmatem in Asya.
4. Anno DCCV vicit in Africa.
5. Anno DCCVI et IIII belli civilis vicit in Yspania filios Pompeii, et factus dictator quievit dictator fere annis IIII.
6. Anno DCCX Julius Cesar occiditur.
7. Anno DCCXXII Cesar Octavianus nepos Julii Cesaris ex Julia eius sorore fit Augustus.
8. Christus nascitur postea anno Urbis DCCLII, et anno imperii XLII¹³¹.

12 132

et ubi superius dicitur «scripsit aliquis» dici potest quod non est incertus actorum, quia Josephus hoc scribit latissime libro XVIII *Antiquitatis Iudayce*.

13 133

Invenitur etiam alibi quod iste sanctus, qui fuit discipulus sancti Johannis Evangeliste, cum Trayano de victoria redeunti et mortem christianis comminanti occurserit, se christianum confitendo, ferro ligatus et Romam ductus, eius corpus cum communitati divisum

¹³¹ Riassume notizie già sparsamente nel *Pomerium*.

¹³² Alla fine di IV,2.

¹³³ In IV,10,11 dopo «traditus est». Si riferisce ad Ignazio d'Antiochia.

esset, quod nomen Christi in singulis particulis aureis literis scriptum inventum fuit.

14 134

Cum non merear principatus non sanguini debetur. Sed meritis et inutiliter regit. Qui rex nascitur et non meretur at procul dubio parentis officium exivit. Qui parvulos suos importabili mole superiecta extiguit. Hoc quidem est sufferare filios, non promovere.

15 135

hic presbiter batiçatus fuit a beato Poncio martyre in Nicea civitate.

16 136

Hoc tempore corpus beati Marchi Evangeliste defertur Venecias, et corpus Heliseo prophete transfertur Alexandrie. Beatus Mamertus episcopus Bussienssis ieiunium et rogaciones trium dierum ante Assensionem Domini instituit.

17 137

¹³⁴ In IV,**15** dopo «invitus regnaret». Si riferisce ad Elio Pertinace

¹³⁵ Alla fine di IV,**23**,2. Si riferisce ad «Hierus presbiter».

¹³⁶ Alla fine di IV,**47**,13. Si è appena riferito di Nepote che ordina vescovo Glicerio.

¹³⁷ In IV,**49**,2 dopo «destitut». Si riferisce a Transamundo.

Iste enim Transmundus fuit filius Genserici Wandalorum regis, et pater Ylderici ex filia Valentiniani Tercii principis Romani Honoria, quam habuit in uxorem. Qui Hydericus fuit quartus Wandalorum rex a Genserico apud Africam¹³⁸.

18 139

1. Theodorici corona ferrea est in loco Modoecie, in basilica sancti Johannis. Fuit ferrea propter viros feroces, quia Ligures feroce appellantur, in cuius memoriam ey ad regni Ytalie coronam suscipiendum Romani imperatores dictam coronam prius in capite suscipiunt, quia Theodoricus fuit rex Ytalie; subsequenter coronantur a papa.

2. Tumulus sepulture Theodorici regis fuit prope ecclesiam Beati Ambroxii; super quem tumulum fuit ecclesia Beati Michaellis Archangeli.

19 140

de quibus loquitur beatus Grigorius papa¹⁴¹.

20 143

et eum Lamissionem vocavit¹⁴⁴.

¹³⁸ PD *HR* XVI,3 e 7.

¹³⁹ Dopo IV,**50**.

¹⁴⁰ Dopo IV,**52**,3. La nota riguarda «igneae acies in celo apparuerunt»

¹⁴¹ GREG. MAG. *Dial.* III,38 p. 226.

¹⁴² GREG. MAG. *Dial.* III,38 p. 226.

¹⁴³ In IV,**52**,14 dopo «nutrirì». Riccobaldo riferisce la storia di Lamissione, ma seguendo la *Legenda Aurera* di Iacopo da Varagine, che non nomina Lamissione.

21 145

Nam, post altum in mente dolorem, in mariti necem patris funus vendicatura semper exardens, consilium cum Elmigissuo, qui regis sciphor, hoc est armiger, et letus, ut ipsa regem interficeret, inivit. Qui etiam regine persuaxit, ut ipsa Peredeum, qui erat vir fortissimus, in hoc consilium associaret. Sed Peredeus, regine suadenti, tantum facinus consensum adhibere noluit¹⁴⁶.

22 147

Elmigisso, qui eidem consilium prebuerat de Peredo, prout sibi promisserat, quando prius consilium inivit secum.

23 148

De regibus et ducibus Longobardorum hic restat videre, postquam facta est mencio proxime superius de Alboyno, qui primus in Ytalia regnavit, et unde ipsi reges originem traxerunt

1. Quoniam sit mencione de Alboino superius proxime in Ytalia primo Longobardorum rege, sub compendio pulcrum est

144 PD *HL* I,15.

145 In IV,52,17 dopo «optati». Rosmunda medita la morte di Alboino. Riccobaldo segue ancora esclusivamente la *Legenda Aurea*.

146 PD *HL* II,28.

147 In IV,52,19 dopo «accepto in virum sui odii vindice». Rosmunda si è ritirata a Ravenna.

148 Dopo IV,52.

videre de ipsis Longobardorum regionibus, et ducibus qui fuerunt ante ipsum Alboynum; deinde de aliis qui fuerunt post eum; et successive usque ad Dexiderium ultimum Longobardorum regem. Et unde ipsi reges et duces originem traxerunt. Qui Dexiderius deiectus fuit de regno, ut infra sequitur, per Karolum, Pipini filium, regem Francorum, tempore Adriani pape, ac post longam obscidionem Papie, in qua erat reclusus. Capta civitate ad Gallias captivus transmissus, una cum eius uxore Ansa et quam pluribus eius comitive primaribus. Et tunc Karolus Ytaliam sue dictioni subiugavit. Captio autem huius Dexiderii regis fuit anno dominice incarnationis DCCLXXIII, finitumque fuit Longobardorum regnum, quod mansit annos CCVI, postquam ipsi Ytaliam usurpare cuperant. Vinorum gens de Scandinavia a Germanorum populis originem duxit hec gens.

Longobardorum gens nunc dicitur

2. Et primo sciendum est quod Winillorum gens, que in Ytalia, ut infra videbis, postea feliciter regnavit, et que dicta est Longobardorum gens. A Germanorum populis originem cepit, et ab insula que Scandinavia dicitur adventavit... ¹⁴⁹

.....

3. At vero Liudprand rex, postquam XXXI annis, mensibus VII regnum tenuisset, etate maturus huius vite cursum explevit, anno Domini DCCXLIII, corpusque eius in baxilica Sancti Adriani Martiris, ubi et eius genitor requiescit, sepultus est. Fuit autem Liudprand vir multe sapientie, consilio sagax, admodum pius et pacis amator, belli prepotens, delinquentibus clemens, castus,

¹⁴⁹ Segue un concentrato della *Historia Langobardorum*.

pudicus, orator pervigil, elemosinis largus, literarum quidem ignarus, sed philosophus equandus, gentis nutritor, legum augumtator¹⁵⁰.

4. Sunt qui referunt hoc in ystoriis Pauli non inve<ñ>iatur, qui plenius aliquo ystorico de gestis Lo<ñ>gobardorum tractat, quod dum Liudprand rex premissus quadam vice per comitatum Mediolanensem equitaret, homines illarum parcium ad eius presenciam accedentes conquerebantur quod non habebant mensuram certam, ad quam homines emerent et venderent, et quod unus alium in mensura decipiebat, posuit pedem suum super quandam lapidem magnum et spaciose, volens in eo signum fieri ad modum pedis sui, ad quos homines emere et vendere deberent; sed Dei potencia signum pedis eius in ipso lapide fuit scultum, quod usque in presentem diem apparet ibi, et dicitur pes a Liudprandus, ad cuius mensuram usque in hodiernam diem homines emunt et vendunt.

De rege Ildebrand XVIII, nepote Liudprand

5. Mortuo autem Liudprand rege, Ildebrand nepos eius, de quo supra fit mencio, solus remansit rex.

De Ratchis rege XX, qui loco ...tinatur (?) in regno

6. Hunc Ildeprandum illi qui sub iure iurando ei fidem dede-
rant, a regno eum pollentes, Ratchissum Foro Julii ducem, filium
Pemmonis in regem eligerunt¹⁵¹.

7. Ratchis in processu temporis cum per plura Romanorum
opida devastando decurret ad Perusinam civitatem, circundans eam
fortiter expugnavit, atque sanctissimus Cacharias papa ad eandem
civitatem perrexit, et cum ab opresione civitatis blandimento amovit.

¹⁵⁰ PD *HL* VI,58.

¹⁵¹ PD *HL* Cont 1.

Quem et salutifere predicans, Deo actore valuit animum eius spirituali studio inclinare. Post aliquantos vero dies idem Ratchis regalem dignitatem relinquens, cum uxore et filiis ad beati Petri principis apostolorum limina visitanda venit, clericus effectus est, et cum uxore et filiis veste monachali est indutus¹⁵².

De Aystulfo XXI rege, frater Ratchis

8. Post premissum autem Rachisum Aistulfum eius fratrem¹⁵³, Pemmonis filium, Longobardi ad regni gubernacula levaverunt.

9. Aistulfus autem rex dum quasdam civitates ad iura beati Petri apostoli pertinentes quas ipse invaserat reddere noluisset, ad ipsum Stephanus Secundus papa, una cum imperialibus et Francorum misis, Papiam personaliter veniens, nullis alio precibus, ut iuri Romane ecclesie civitates redderentur, valuit obtinere. Sed tunc papa Stephanus ad Gallias veniens a Pipino Francorum rege et eius filius Karolo, et Karolo Magno honorifice susceptus est. Qui Pypinus ad Aistulfum suos dirigens missos, qui et nichil impetrantes ad suum dominum sunt reversi. Ac per hoc cum validissima Francorum manu ad Ytaliam super eum veniens in Papia per aliquos dies clausum obscedit, et tunc quod sponte reddere noluit invitus dimisit¹⁵⁴.

10. Pypinus vero ad Gallias est reversus, et Aistulfus post aliqua annorum curricula, dum in quodam loco venandi operam daret, divino ictu percusus interiit¹⁵⁵.

De Dexiderio XXII rege Longobardorum et ultimo

¹⁵² PD *HL Cont* 1.

¹⁵³ PD *HL Cont* 1.

¹⁵⁴ PD *HL Cont* 2.

¹⁵⁵ PD *HL Cont* 3.

11. Mortuo autem Aystulfo, tunc Dexiderius quidam dux Longobardorum qui ab eodem Aystulfo rege Tuscie in partes erat directus, audiens obissum Aystulfum, illico aggregans ipsius Tuscie universam exercitus multitudinem, regni Longobardorum accipere nisus est fastigium¹⁵⁶.

12. Huius Dexiderii personam despectui habebat Ratchis dudum rex frater Aystulfi condam regis et abteque (?) plures optimates, qui exercitus multitudinem congregantes, ad dimicandum contra Dexiderium sunt profecti. Interea dum universorum consensu Dexiderii regnum firmatum esset, Ratchis premissus palacium gubernabat regale. Tunc suffragante papa Stephanus ita omnipotens Deus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione Dexiderius per iam dicte quo angelice cursum eandem qua ambiebat regalem adsumeret dignitatem¹⁵⁷.

13. Hic vero Dexiderius confirmato regno, cum iam per annos plures regnasset, imitator factus Aystulfi, condam regis, abstulit Favenciam et ducatum Ferarie seu Comaclum de exercito Ravennate. Ad quem Adrianus papa sepius suos missos direxit et obsecratorias literas misit, deprecans eum, ut a tantis malis resipiseret et eas quas abtulerat ad sedem apostolicam restitueret civitates; sed nequaquam eius cor lapideum potuit emoliri¹⁵⁸.

14. Et dum in magna angustia consistenter Adrianus papa, necessitate compulsus direxit suos missos itinere marino cum apostolicis literis ad Karolum regem Francorum, deprecans eius excelenciam ut, sicut genitor eius Pipinus et ipse Romane ecclesie subveniret. Qui confestim idem mictissimus Karolus direxit Dexiderio suos missos, deprecans, ut eadem beato Petro apostolo

¹⁵⁶ PD *HL Cont* 4.

¹⁵⁷ PD *HL Cont* 5.

¹⁵⁸ PD *HL Cont* 6.

quas abstulerat redderet civitates, promitens insuper ei dare aurorum X milia solidorum. Sed neque deprecationibus eius ferocissimum et lapideum cor eius flectere potuit, sed magis cum omni apparatu Longobardorum ad resistendum ei armatus occurrit¹⁵⁹.

15. At vero Karolus, cum Alpes transiens Ytaliam ingredi cepisset, Longobardi cum rege suo Dexiderio, propriis tentoriis, fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripiunt. Ipse vero Dexiderius velociori cursu fugiens, Papiam se muniens clausit. Quem Karolus persecutus, eandem civitatem ex omni parte circundans valavit, positisque custodiis, ad persequendum Adialegissum ipsius Dexiderii filium, Veronam venit. Qui tanti reges adventum metuens, post aliquos dies clam fugiens, in portu Pysano navalle iter arripiens, non reversurus migravit¹⁶⁰.

16. Karolus igitur Papiam reversus, cum iam per sex menses spacia[m] ibi moraretur, relicta ibi exercitus multitudine, ipse magnum habens desiderium orationis voto Romam ad limina beati Petri apostoli devotissimus venit; reversusque Papiam, ipsamque obsidens fortiterque expugnans, eandem civitatem, simulque et Dexiderium regem et Ansam uxorem eius victos qui cum eo erant comprehendit suaque dictioni subiugavit, dominans Ytaliam, anno dominice incarnationis DCCLXXIII. Prefatum vero Dexiderium regem et eius coniugem ad Franciam missit. Finitum quoque est regnum Longobardorum, qui remansit per annos. CCVI postquam ipsi Longobardi Ytaliam intraverunt¹⁶¹.

*Explicit ystoria regum Longobardorum; nunc ad imperatores
redeundum est*

¹⁵⁹ PD *HL Cont* 7.

¹⁶⁰ PD *HL Cont* 7.

¹⁶¹ PD *HL Cont* 7.

17. Postquam brevissime superius traditum est de ducibus Longobardorum, et unde ipsi originem trasserunt, non solum ante quam Ytaliam intrarent, sed ab ingressu Ytalie, et quidem Longobardi Alboyn primo in Ytalia Longobardorum regem habuerunt, et duravit in Ytalia Longobardorum regnum usque ad Dexiderium Longobardorum regem ultimum, in quo finitum fuit ipsum regnum, qui expulsus fuit, ut superius traditur, per Karolum Francorum regem Pipini filium, nunc redeundum est ad imperatorum ystorias. Et quia supra post ystoriā Justini Justiniani nepotem subsecuta est ystoria Longobardorum ex eo quod Alboyn eius tempore in Ytaliā adventavit, nunc videndum est de Tyberio imperatore qui successit in imperio Justino prelibato.

24 162

Cuda (?) principium huius imperatoris Mauricii, Longobardi, cum per X annos sub potestate ducum fuissent, comuni consilio Authar filium Cliphonis post Alboynum Secundi regis Longobardorum sibi regem tertium constituerunt, quem etiam ob dignitatem Falvium appellarunt, quo prenomine omnes qui postea fuerunt Longobardorum reges usi sunt. Erat sane tunc temporis hoc mirabile in regno Longobardorum: nulla erat violencia, nulle struebantur insidie, nemo aliquem iniuste angariabat, nemo spoliabat, non erant furta, non latrocinia, unusquisque quo libebat securus sine timore peragebat¹⁶³.

¹⁶² Dopo IV,54,1.

¹⁶³ PD *HL* III,16.

25 164

Hic Doctulf ex Suavorum, hoc est ex Alamanorum genere oriundus, inter Longobardos creverat, et quia erat forma ydonea ducatus honorem exercuerat. Sed cum occaxionem ulciscende sue captivitatis tandem reperierit, contra Longobardorum illico arma surrexit adversus eos, ut supra, gravia bella gessit. Huius sane Doctrulf adminiculo sepe Ravenancium milites adversus Longobardos dimicarunt. Ex utraque classe civitate ipsos Longobardos, qui eam urbem tenebant, isto Doctrulf adiuvante pepullerunt hinc. Aut Doctrulf cum vite terminum explesset honorabile sepulcrum ante limina beati Vitalis martyrs atributum fuit, et in eius laudes epitafico plurima carmina que hodie extant sculpta fuerunt. Rursum Mauricius imperator legatos ad Gildebertum mittens cum ut Longobardos exercitum in Ytaliam mitteret exortatione persuasit¹⁶⁵.

26 166

1. eorum que predicatione in Britania Anglos ad Christi fidem convertit.

2. Inter hoc adhuc legationem ad Gildebertum, Francorum regem, Mauricius imperator direxit, mandans ei ut quam prius non fecerat nunc contra Longobardorum gentem bella susiperet, eosque ab Ytalia removeret. Qui nichil moratur, exercitum suum ad Longobardorum debellationem direxit. Cui Authari rex Longobardorum

¹⁶⁴ Dopo IV,54,2.

¹⁶⁵ PD HL III,18-19, 22.

¹⁶⁶ Dopo IV,54,8. La nota segue «Gregorius ad gentem Anglorum convertendam ad fidem Christi legavit Augustinum, Iohannem et Mellitum episcopos cum pluribus monachis».

suorum acies non segniter oviam pergunt, et pro eorum libertatis statu fortiter confligunt. In ea pugna Longobardi victoria capiunt, et Franci vehementer cesi sunt. Iam si nonulli capti, plurimum etiam per fugam elapsi, vix ad patriam revertuntur, tantaque ibi strages facta est de Francorum exercitu quanta nusquam alibi memoratur. Mirandum sane est cur Secundus ystoricus qui aliqua de Longobardorum gestis <scripsit>, hanc tantam victoriam eorum preteriit, cum he que scripsimus de Francorum interitu in eorum ystoria hisdem ipsis pene verbis exarata legantur¹⁶⁷.

3. Post hec Flavius rex Authari, quia legatos miserat ad Gildebertum Francorum regem, petens eius sororem sibi matrimonio collocari, et eam sibi promisisset. Sed sibi advenientibus legatis Gothorum de Yspanis eam eorum regi potentibus, quia gens illa ad Christi fidem conversa erat, dare antea quam regi Authari voluit et promixit. Missit suos legatos Baioarium, qui Garibaldi regis filiam in matrimonium peterent, quos ille benigne suscipiens Thedelindam filiam suam Authari se daturum promixit in uxorem¹⁶⁸.

4. Hac etiam tempestate Grippo legatus Gildeberti Francorum regis, cum Constantinopolim remeasset, et eidem regi suo Francorum quo honorifice ab imperatore Mauricio susceptus fuisse nunciasset, et quia iniurias quas apud Cartaginem perpesus fuerat, imperator ad voluntatem regis Gildeberti se ulturum promisisset, Gildebertus confestim iterato in Ytaliam Francorum exercitum cum viginti ducibus ad debellandum Longobardorum gentem direxit. De quibus ducibus Adoloaldus et Olo et Cedim fuerunt eminentiores. Adoloald et sex alii duces ad Mediolanensium urbem venerunt, et ibi eminus in campestris castra possuerunt; vero cum aliis tredecim ducibus levam

¹⁶⁷ PD *HL* III,29.

¹⁶⁸ PD *HL* III,28.

Ytalie partem ingressus est. Pervenit etiam eius exercitus usque Veronam. Interea Francorum exercitus cum esset estivum tempus propter insueti aieris incomoditatem, desenterie morbis graviter exagitare cepit, quo morbo plures ex eis interierunt. Quid plura? Cum per tres menses eorum exercitus Ytaliam pervagaret, et nichil proficeret, eo quod Longobardi se in locis fortissimis contulissent, neque regem attingere valerent de quo ulcio fieret, qui se intra civitatem munierat Ticinensem, ut diximus, infirmatus aieris <in>te<m>perantia ac fame constrictus ad propria rediere destinavit 169.

5. Interea Authari rex Longobardorum legationem verbis pacificis, ad Gontratum olim Francorum regem, patrum Gildeberti[s] regis, direxit. Et ad Gildebertum per nuncium Gontrami directi sunt, ut pax cum Longobardis firmaret. Erat autem Gontram homo pacificus et omni benignitate conspicuus. Interim dum legati regis Authari in Francia moraretur, Authari apud Ticinum nonas septembri veneno accepto moritur, postquam sex regnaverat annos. Statimque a Longobardis legatio Gundebertum missa est, denuncians mortem regis Authari ac pacem requiens. Et data pace legatos redire permisit. Longobardi permisserunt reginam Theudelindam in regia dignitate persistere, eo qui<a> benigna et multum eis placebat, suadentes eidem ut quem ipsa vellet ex omnibus Longobardis in virum eligeret, talem qui regnum viriliter regere posset. Illa vero, cum prudentibus consilium habens, Agilulfum ducem taurintanum et sibi virum et Longobardorum regem elegit. Hiis diebus filia regis Agilulfi capta est cum viro suo Godescalcho nomine de civitate

169 PD HL III,31.

Parmensi ab exercitu Galicini Romanorum patricii, et ad urbem Ravenancium sunt deducti¹⁷⁰.

6. Per id tempus Thodelinda regina baxilicam Beati Johannis Batiste in Modicia construxit, ibique et prefata regina palacium sibi construxit, in quo aliquid de Longobardorum gestis pingi fecit¹⁷¹.

7. Usque ad hec tempora Patavium civitas, que Padua dicitur, fortissime militibus repugnantibus Longobardis rebellavit. Sed tandem injecto igne flamis voracibus cumcremata est, et iussu regis Agilulfi ad solum usque destructa est. Milites tamen qui in ea erant Ravenam remeare permissi sunt¹⁷².

8. Hoc etiam tempore Agilulfo regi nascitur filius de Theudelinda eius coniuge in Modecie palacio, qui Adoloald appellatus est¹⁷³.

9. Igitur Mauricius imperator, postquam unum et viginti annos regnaverat cum filiis suis Theodoxio, Tyberio et Constantio, a Foca qui fuit strator Prisci patricii occiditur¹⁷⁴.

10. Erat autem adhuc discordia Longobardis cum Romanis propter captivitatem filie regis Agilulfi. Qua de causa rex Agilulf egressus Mediolanum mense iulio obsedit civitatem Cremone cum Sclavis quos eidem Agilulfo cacanus, eorum Sclavorum seu Avarum rex, in solacium misserat, et cepit eam duodecimo kalendarum septembris, et ad solum usque nequissime destruxit¹⁷⁵.

¹⁷⁰ PD *HL* III,34. 35; IV,20.

¹⁷¹ PD *HL* IV,21-22.

¹⁷² PD *HL* IV,23.

¹⁷³ PD *HL* IV,25.

¹⁷⁴ PD *HL* IV,26.

¹⁷⁵ PD *HL* IV,28. Nota che il «nequissime» non è in Paolo Diacono!

11. Pari etiam modo illico expugnavit Mantuam, et interruptis muris eius cum arietibus, dans veniam militibus qui in ea erant revertendi Ravenam, ingressus est quoque in ea idus septembris¹⁷⁶.

12. Tunc etiam partibus Longobardorum castrum quod Vulturina vocatur se tradidit, quod pro Romanis erat¹⁷⁷.

13. Hiis ita peractis reddita est filia regis Agilulfi per Smaragdum patricium Romanorum cum viro eius Godescalco ac filiis et rebus, factaque est pax cum Romanis mense nono usque in kalendas aprilis, *<in>*dictione octava. Filia vero regis mox a Ravena partum rediit, et ob difficultatem partus periclitata statim defuncta est¹⁷⁸.

14. Premissa ante captio vel desolacio Cremone et Mantue fuit vel in ultimis vite Mauricii imperatoris et filiorum et beati Grigorii primi pape, qui obiit in Christo anno Domini DCIII, indictione octava, aut in principio imperii Foce imperatoris; sed in continuatione ystorie Pauli ystorici narrant quod fuerit in principio imperii Foce¹⁷⁹.

27 180

uxor Agilulfi Longobardorum regis. Baxilicam Beati Johannis Batiste in Modicia construxit, quo in loco etiam Theodoricus condam Gothorum rex palacium construxit; ibi etiam prefata regina

¹⁷⁶ PD *HL* IV,28.

¹⁷⁷ PD *HL* IV,28.

¹⁷⁸ PD *HL* IV,28.

¹⁷⁹ Non ho trovato questa menzione in nessuna continuazione nota.

¹⁸⁰ in IV,54,13 dopo «Deuscelina» (Theudelinda).

Theudelinda sibi palacium condidit in quo aliquid de Longobardorum gestis pingi fecit¹⁸¹. Hec dicta regina

28 182

Huius imperatoris tempore mortuo Ansprand Longobardorum rege Longobardi Liudprand eius filium sibi regem constituunt¹⁸³.

29 184

Illa Mortaria est in episcopatu Papie.

30 185

anno VIII pontificatus ipsius Leonis et a nativitate Domini DCCCII.

31 186

annos V Tauricius Yerene filius; post T<a>uricum.

32 187

¹⁸¹ PD *HL* IV,21-22.

¹⁸² Dopo IV,**63**,1.

¹⁸³ PD *HL* III,35.

¹⁸⁴ Dopo IV,**66**,14.

¹⁸⁵ Dopo IV,**66**,18. Ci si riferisce all'incoronazione di Carlo Magno.

¹⁸⁶ In IV,**66**,19, tra «post eam» et «Nicephorus».

¹⁸⁷ Dopo IV,**68**,6.

*Imperatores Constantinopolitani hii sunt post Tauricum Jerene
filium*

1. Nicephorus.
2. Michael iam dictus.
3. Michael Secundus.
4. Leo Phylameus.
5. Michael Tercius.
6. Teophilus.
7. Michael Quartus cum matre. Michael solus.
8. Baxilius eius filius.
9. Leo et Alexander.
10. Constantinus annos 4 modo.
11. Alexander.
12. Romanus.
13. Constantinus.
14. Romanus eius filius.
15. Nicephorus.
16. Johannes eius ocisor.
17. Baxilius eius frater.
18. Romanus.
19. Michael Quintus cum Çoy.
20. Constantinus Marchus.
21. Theodora soror Çoy.
22. Michae<l> Senes.
23. Ysay.
24. Constantinus Dux.
25. Eclodia uxor eius.
26. Romanus Dygenes.
27. Alexius, qui pugnavit cum Roberto Guiscardo.

28. Johannes Porphyrius.
29. Michael eius filius.

33 188

non augustus, sicuti fuit Gaius Julius Cesar, qui fuit cesar tantum, et non augustus, et dictature sublimitas, que erat potestatis plenissime magistratus. Et primus dictato^r fuit Longius, et magister militum primus fuit Spurius Casius, qui dictatori serviebat, post reges exactos, ut legitur capitulo XXVI, anno Urbis condite CCLII ¹⁸⁹.

34 190

Nam post Ottонem Tercium imperatorem, qui in imperio Ottoni Secundo eius patri more antiquo successerat, institutum fuit ut per officiales imperii in posterum eligeretur Romanorum rex. Qui officiales sunt VII, videlicet tres cancellarii - scilicet Magontinus, cancellarius Germanie; Treverensis, Galie; Collonesis, Ytalie -, marchio Brandenburgensis camerarius, Palatinus dapifer, dux Saxonie portansensem, pincerna rex Boemus. Unde versus:

*Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis,
quilibet imperii sit cancellarius horum,
et Palatinus dapifer, dux portator ensis,
marchio impositus camere, piscrena Boemus,
hii statuunt dominum cunctis per secula summum* ¹⁹¹.

¹⁸⁸ In IV,68,11 tra «cesar» ed «Octavianus».

¹⁸⁹ Rimanda giustamente a *Pomerium* III,26

¹⁹⁰ Dopo IV,68,14.

¹⁹¹ MARTIN. 466,16-24.

35 192

cum Lothario filio suo nato de prima uxore, tempore Stephani, Pascalis, Eugenii et Grigorii pape.

36 193

1. Lodovicus cum filiis suis Karulo et Lodovico Britaniam invasit, ipsamque totam ferro et igne vastavit. Sed post contra ipsum imperatorem Lodovicum filiorum et optimatum oritur maxima discordia, ex qua imperator plures optimates exulavit, ex quo filios et optimates contra se provocavit. Post hec malicia quorumdam actum est, ut consensu Romani pontificis et etiam ipsorum procerum iudicio pius imperator imperii depositus dignitatem, quia iam et filiis populus adhe[de]rendo a patre recesserat, et sic pius imperator a suis proditus, in potestate filiorum reddactus arma depositus et recluditur. Sed Deo disponente eodem anno populus penitens cum pristino honore restituit et filii eius exposcunt veniam peccatorum¹⁹⁴.

2. Huius imperatoris Lodovici Primi tempore, anno Domini DCCCXXII, domina Angilberga excellentissima imperatrix eius uxor infra muros Placencie urbis edificavit monasterium unum ad honorem Dominice Resurrectionis et Beatorum Systi et Fabiani et aliorum sanctorum¹⁹⁵ pro remedio parentum suorum, quod

¹⁹² In IV,70,1 dopo «XXV imperavit». Si parla del regno di Lodovico I imperatore.

¹⁹³ Dopo IV,70,1.

¹⁹⁴ MARTIN. 462,19-27. Ma si tratta di «Pipino», e non di «Carlo».

¹⁹⁵ Cf. MUSSI 449: «Anno Christi DCCCXXII imperatrix Angilberga uxor Ludovici imperatoris filii quondam Caroli Magni aedificavit monasterium unum intra muros civitatis Placentiae ad honorem dominicae Resurrectionis, et beatorum martyrum Sixti et Fabiani PP.».

monasterium tam multis quam magnis possessionibus et thexauris doctavit et sanctorum corporibus et reliquiis gloriosissime decoravit. Huius imperatoris tempore DCCCXXIII Pascalis pape cum multa turma clericorum solempni canticorum leticia corpus beatissimi Systi romani pontificis et incliti martyris de sancta sanctorum celebriter elevavit, et preciosissimos illos artus huic Lodovico primo imperatori largitus est, quos serenissimus imperator avide et iocundissime suscepit. Inde sine mora, ut in cluse mentis intentione preoptaverat, ad urbem Placentinam thexaurum hoc inextimabile deportavit, ibique ab Angilberga, illustrissima imperatrice eius coniuge, nec non sincera fide sanctis et devotissimis operibus polenti, donum hoc peregrinum dudum expectatum suscipitur comunque felicissimorum iugalium gaudio admodum exultatur, et tanta lectabunda adventus cultra exuberaverat et lecticia ut receptus pontifex inclitus et martyr vivere quasi viveretur, et in kalendis septembbris in dicta civitate Placencie cum magnis laudibus depositum est¹⁹⁶.

37 197

XII kalendis iulii, cuius corpus in ecclesia Campidome que est in civitate Suavie quiescit.

38 198

¹⁹⁶ Cf. MUSSI 449: «Anno Christi DCCCXXIII tempore Pachalis papae corpus B. Sixti Papae et martyris delatum fuit a Roma in Placentia in kalendis septembbris».

¹⁹⁷ Dopo IV,70,7. Ci si riferisce alla morte di Lodovico I imperatore.

¹⁹⁸ Dopo IV,73.

1. Huius Karoli Calvi II imperatoris tempore, anno Domini DCCCLXXVII translatum est corpus beate Martine virginis a Roma in Placencia¹⁹⁹.

2. Eius etiam tempore DCCCLXXX corpus sancti Archadii martyris delatum est a Roma in Cremona, quod Cremonensis episcopus deportavit²⁰⁰.

39 201

1. tempore Johannis, Mar[t]ini, Adriani et Stephani pape. Huius tempore magna fames fuit fere per totam Ytaliam.

2. Karolus iste Tercius dictus Grossus, corpore et spiritu deficiens, ab optimatibus regni repudiatur. Hic ante modicum temporis celatus uxorem suam, pro eo quod plus iusto familiariter agerat, cum Vercelensi episcopo protestatur se eam numquam cognovisse; illa vero se virginem gloriata accepto repudio monasterium intravit²⁰².

40 203*Hic est genologia regum Normanorum*

1. Robertus gener Karoli Simplicis regis Francie fuit, et ab eo batiçatus est, qui prius vocabatur Rollo, et qui de partibus

¹⁹⁹ Cf. MUSSI 449: «Anno Christi DCCCLXVI delatus est corpus B. Martinæ a Roma Placentiam».

²⁰⁰ Conferma SICARDO 156,16-18.

²⁰¹ In IV,74,1 dopo «annis XII». Ci si riferisce al regno di Carlo il Grosso.

²⁰² MARTIN. 463,36-38.

²⁰³ Dopo IV,74.

septentrionis veniens occupavit regionem que nunc dicitur Normandia, ab eis sic denominata.

2. Guillielmus, eius filius.
3. Riçardus, filius Ricardi
4. Robertus, frater eius.
5. Guillielmus Nothus, Roberti filius.
6. Guillielmus, eius Guillielmi filius.
7. Henricus, frater eius. Stephanus, nepos ex sorore.
8. Henricus, filius filii Henrici.
9. Ricardus, eius filius.
10. Robertus Guiscardus.
11. Boamondus, eius filius.

Principes Apulie et Scicilie ex eis Normanis

12. Rugerius, eius filius rex Sicilie.
13. Guillielmus, eius filius rex Sicilie.
14. Rugerius, nepos Roberti Guiscardi.
15. Guillielmus.
16. Trachodus et Rugerius eius filius, non de progenie Roberti Guiscardi.
17. Constancia, soror regis Guillielmi, de Guiscardi progenie, nupsit Henrico Quinto imperatori, ex qua genuit Fredericum Secundum imperatorem.
18. Fredericus Secundus imperator.
19. Conradus eius filius. Manfredus fraude successit.
20. Karolus comes Provincie, frater Lodovici regis Francie , armis acquisivit ocisso prius sibi regno contra Manfredum per Urbanum IIII papam.

41 204

Genologia regum Francie ex prima familia

1. Priamus vir nobilis ex genere Francorum genuit Mar-chimirum, qui constitutus fuit a Francis dux bellorum; periit bel-lando.
2. Eius filius Ferramundus constitutus fuit a Francis rex anno nono imperii Honorii ugusti.
3. Ferramundus rex primus.
4. Donius Crinicus filius.
5. Menon filius.
6. Childericus anno Christi CCCCLXXXIII.
7. Clodoveus christianus filius.
8. Childebertus filius.
9. Clotharius filius.
10. Chylopericus filius.
11. Chylobertus filius.
12. Theodobertus.
13. Theodoricus.
14. Clotarius.
15. Dagobertus filius.
16. Dodoneus filius.
17. Clotarius anno Christi DCLXXVII.
18. Theodoricus.
19. Ildericus frater.
20. Theodoricus iterum.
21. Dodoricus invasor regni.

204 Dopo IV,**76**.

22. Ildebertus frater.
23. Godobertus filius.
24. Lotharius.
25. Chylopericus clericus fit.
26. Theodoricus.
27. Ildericus rex ultimus.

De regibus Francie ex alia familia progenie Pypini

28. Succedit alia progenies in regno Francie, cui primus rex fuit Pypinus, pater Karoli mox imperatoris, quorum hic est genologia.
29. Arnulfus vir sanctus genuit Asigium.
30. Is genuit Pypinum parvum corpore, qui genuit Karolum Martellum ex concubina, virum bellicosum et armis strenuissimum.
31. Is genuit Karolum et Pipinum patrem Karoli Magni mox augusti.
32. Pypinus rex primus, filius Karoli Martelli.
33. Karolus Magnus primus imperator, filius Pipini.
34. Lodovicus filius Karoli.
35. Lodovicus Secundus Balbus, filius Lotharii.
36. Karolus Calvus, filius primi Lodovici filii Karoli Magni.
37. Karolus Grossus vel Simplex.
38. Otho, filius Roberti de Burgondia invasor regni.
39. Karolus Grossus vel Simplex iterum.
40. Rodulfus de Burgondia invasor regni.
41. Lodovicus, filius Karoli Simplicis.
42. Ugo Magnus Burgondie invasor regni.
43. Lodovicus iterum.
44. Lotharius eius filius.
45. Lodovicus filius Arnulfi. Hic fuit ultimus rex ex genere Py-
pini.

De tercia familia regum Francie ex Hugone Capucio nata

46. Successit aliud gener in regno, ex quo fuit Robertus princeps Andagavie, ex genere Saxonum. Hic genuit Robertum, cui filius fuit Ugo Magnus, qui genuit Ugonem Capucium. Ex quo nati sunt reges qui modo regnant in Francia; ex isto incipit tercia progenies.

47. Ugo Capucius dux, filius Ugonis Magni, constituitur rex Francie, qui fuit vir iustus.

48. Robertus, eius filius vir sanctus, cui coregnavit Ugo primo-genitus eius filius premortuus patri.

49. Henricus, filius Roberti non primogenitus, successit.

50. Philippus eius filius. Hic coniugem habuit Helysabeth, natam ex Baldwyno comite Flandrie, nato ex Hermergarda, filia Karoli filii Lodovici Balbi.

51. Lodovicus, filius Philippi. Hic ex genere descendit per genus maternum. Philippus filius qui obiit anno christi MCXXXI.

52. Lodovicus eius filius.

53. Philippus eius filius. Hic occasionem imperatorem prelio vincit.

54. Lodovicus eius filius. Obiit anno Christi MCCXXVII.

55. Lodovicus filius eius sanctus. Obiit anno Christi MCCLXX apud Kartaginem.

56. Philippus eius filius. Obiit Aragonia bellando.

57. Philippus eius filius, qui obiit propter venationem apri, et qui guerram habuit cum comite Flandrie.

Iste Otto, pacata Ytalia, cum uxore sua Longobarda in Saxoniam reddiit. De qua filium genuit, tam regni quam sui nominis successorem. Cui etiam filiam imperatoris Constantinopolitani de romano sanguine procreatam in coniugem dedit. Deinde propter bonum statum Romane ecclesie pluries Romam veniens et iterum ad suas partes reddiens, ibidem piis operibus intendendo, in alodio suo proprio apud Mayderburch ecclesiam mire pulcritudinis ad honorem Sancti Mauricii fabricavit et eam maximis possessionibus ampliavit. Hic post depositionem Johannis XII pape, et propter eius infamiam, Leone papa a clero Urbis creato, postquam Romani ipso absente alium tercium papam videlicet Benedictum creassent, imperator cum magno exercitu Romam pergens ipsam obscedit, quoisque Benedictum a Romanis electum sibi ipsi presentaverunt. Qui Leone papa reducto ad sedem suam, et pacificatis omnibus, rediit in Sansonię ducens secum ipsum Benedictum papam, qui ibi in exilio sepultus est. Hic etiam imperator multitudinem paganorum circa eundem locum habitancium convertens ad Christi fidelitatem defunctus est. Et Mandeburch in ecclesia Sancti Mauricii quam construi fecerat sepultus est²⁰⁶.

43 207

1. Iste Otho Secundus, relicto filio Othonе in Sansonia, cum regina et exercitu magno per Ytalię transiens Romam venit et ibique a Benedicto VII papa cum magna lecticia coronatur cum regina; erat enim tunc summa pax inter papam et imperatorem²⁰⁸.

²⁰⁶ MARTIN. 465,11-21.

²⁰⁷ Dopo IV.**86**.

²⁰⁸ MARTIN. 465,26-28.

2. Accidit quod in eodem tempore Agareni et Barbari Calabrie fuerunt ingressi, qui omnia igne et ferro vastabant. Contra quos Otho imperator, cum Theotonicis, Lombardis, Gallicis et Romanis procedens, acriter dimicavit. Sed Romanis et Beneventanis, terga verte<n>tibus, christianorum exercitus pene omnis est extinctus. Imperator vero solus ad mare perveniens, quosdam rogavit ut ipsum in navem reciperent, asserens unum esse ex militibus imperatoris. Qui subito eum in navem receperunt, et considera<n>tes dispositionem et decorem ipsius, loquebantur grece, credentes ipsum non intelligere, quod ipse erat imperator, et quod volebant ipsum ducere Constantinopolim ad imperatorem suum. Quod imperator intelligens et graviter timens et dolens, circumvenit ipsos magna astucia asserens se magnam pecunie quantitatem habere absconditam in Ytalia, rogans ut illuc irent et accepta peccunia[m] simul cum gaudio properarent. Ipsi autem propter hoc ad litus accendentibus, vidit imperator episcopum in armis probum, nomine Cessem, et invocato suo auxilio, cum ipso episcopo imperator omnes nautas, qui erant XL, trucidavit: nec unus evasit solus, per virtutem sancti Petri Apostoli quem solcite invocabat. Et sic ad imperatricem eius coniugem perveniens, cum gaudio ab ipsa et suis baronibus susceptus, Romam rediens, post paucos dies defunctus est, et apud Sanctum Petrum honorifice tumulatus²⁰⁹.

3. Hoc tempore Adalbertus Boemius floruit, qui primum Poloniensis episcopus revelante Deo Pannoniam veniens primum regem Hungarorum, videlicet sanctum Stephanum, cum multis batiçavit. Deinde per Pannoniam transiens et omnes in fide confirmans, in Prisciam veniens, ibidem fidem predicando martyrio coronatur, anno Domini DCCCCLXXV. Sub hoc tempore Edovardus

²⁰⁹ MARTIN. 465,28-42.

Secundus rex Anglorum a noverca sua ut dicitur dolo ociditur miraculis corruscando²¹⁰.

44 211

Ambo in Barbanensi ecclesia quam edificaverunt requiescunt miraculis corruscando. Hic Henricus dux Boemorum ab omnibus principibus in imperatorem elititur. Multa bella prospere gessit in Germania, Boemia et Ytalia. Postremo volens soli Deo vacare, cum esset christianissimus, episcopatum Barbagensem fundavit²¹².

45 213

octavo decimo die mensis aprilis²¹⁴.

46 215

et cum iuraverat eam destruere, habito consilio procerum et iuris peritorum, sibi consultum fuit quod salvus erat a sacramento si faceret ipsam pati aratrum et sic fecit arari plateam, et inter mileum seminari, et incidi capita leonibus marmoreis qui erant ad ornatum

²¹⁰ MARTIN. 465,42-47.

²¹¹ Dopo IV,88,3. Si parla di Enrico I imperatore e della consorte.

²¹² MARTIN. 466,31-34.

²¹³ In IV,95,1 tra «... anno Christi MCLIII» e «Terdonam oppidum subvertit».

²¹⁴ Cf. MORENA 22,12. Nell'ed. del MORENA al posto di «octavo decimo» (che è esatto, v. *ibid.* la nota n. 3!) è una lacuna. Si tratta però del 1155, non del 1153, come è nel *Pomerium*. Cf. anche CODAGNELLO 5.

²¹⁵ In IV,95,3 dopo «Anno MCLVIII Cremonam urbem obtinuit», al posto di «cuius plateam arari fecit» e prima di «Laude oppidum...».

maioris ecclesie iuxta plateam, et postea alii leones, qui hodie extant ad portas ecclesie, marmore rubro facti fuerunt²¹⁶. Ipse

47 217

quam ipse destruxit²¹⁸.

48 219

1. Destruxit etiam imperator Castrum Manfredum, pulcherimum et nobile castrum Cremone; deinde iuxta illud construxit Castrum Leonem fortissimum et pulcherimum non minus alio destructo²²⁰.

2. Anno Dominice incarnationis MCLIII, mense octubris, imperator Fredericus Primus, cui dicebatur “Barbarosa”, antequam coronatus esset, homo industrix, sagacissimus et nobilissi<mu>s, Lombardiam intravit cum magno exercitu. Et tunc Papienses et Mediolanenses ad invicem habebant gueram, que incepta antea erat medio mense iunii. Et cum sibi videretur necessarium alteram partem eligere, utilius duxit Papiensium adherere, ne si Mediolanensium partem amplexus esset, altera parte offensa et subiugata, Mediolanenses, qui forciores essent, rebelles existerent. Ficte igitur, ut subsequenter apparuit, apud Ronchalias pacem fecit, et eam teneri precepit, et captivos ab utraque parte reddi iussit sibi. Et cum apud Landrianum

²¹⁶ Nessun altro cronista parla di questa distruzione.

²¹⁷ Sempre in IV,95,3, dopo «Cremam».

²¹⁸ Cf. *An. Crem.* 5,15-16; CODAGNELLO 6; BEZANI 33-34.

²¹⁹ Sempre in IV,95,3, dopo «hedificavit»; l'anno è il 1158, secondo Riccobaldo.

²²⁰ In realtà la costruzione di Castelleone si data al 1188: vedi SICARDO 169,2-3, e nota relativa. Cf. anche BEZANI 38.

esset, dimisit captivos Papie, Mediolani retinuit, et impius Mediolani legatos ad equorum caudas per lutum secum duxit; quorum alii fuga, alii peccunia redempti sunt et liberati; pistores et alii negociatores qui ibi victualia aportaverant et alia venalia expoliati sunt ²²¹.

3. Deinde venit Roxate, et rusticorum bona abstulit, villam et castrum succidit. Et inde recedens transivit Ticinum per pontes quos Mediolanenses struxerant, destruxit, et circa castrum Caliate, quod erat archiepiscopi, cum quatuor turibus, tentoria possuit; quod destruxit et funditus extirpavit cum castris et villis Mummi et Trecate; deinde discedens transpadavit ²²².

4. Quartadecima die mensis februarii qui erat MCLV cepit obsidere Terdonam, in qua centum milites et CC sagitarii Mediolanensium intraverant; et <s>ex eis fuerunt mortui, Ugo Vicecomes, Ianius Mainerius, Albertinus de Carate, La<n>franchus de Curte, Rogerius de Sancta Maria et multi alii. Deficiente eis aqua et vino, dederunt ei XVIII die mensis aprilis, et promiserat abbatii Bruno de Arravalle de Bagnolo quod in suo statu civitatem permitteret. Data fiducia existentibus ut exirent, imperator intravit in ea, et ad solum usque delevit, et ob hoc peccuniam a Papiensibus accipere debebat. Abbax vero nimio dolore tentus infra triduum obiit ²²³. Deinde se cum exercitu movit et castrameatus est in prato quod dicitur Ducis iuxta Placenciam. Mediolanenses in subsidium Placentinorum miserunt milites et pedites portarum Cumane et Nove. VI kalendis maii imperator, cum non posset perficere quod optabat,

²²¹ *Gesta* 16.

²²² *Gesta* 16-17.

²²³ *Gesta* 17.

disedens inde abiit Romam et a papa Adriano ibi coronatus fuit imperatorem. Postea reversus est ultra montes ²²⁴.

5. Ducenti autem milites et totidem pedites, quos Mediolanenses miserant in Morasco et in Seraçano et in Gamabaginam et in aliis locis Terdonensium ut offenderent exercitum imperatoris quando ibi erat, primo die iunii ascenderunt montem Terdone, cum aliquibus Terdonenxibus minus L, et tunc Papienses dolore perteriti cum omni eorum exercitu equitaverunt et iuxta pontem qui dicitur Petri tentoria posuerunt. Sed persuasu Gullielmi marchionis Montis Ferati reversi sunt Papiam, quod ipsis prelium non dederunt ²²⁵.

6. Cum milites et pedites duarum portarum qui erant Placencie hoc audissent, timentes de confratribus et vicinis suis, equitaverunt Terdonam, et illos miserunt domum qui montem occupaverant, et ibi per XV dies steterunt. Deinde in locum illarum duarum portarum venerunt porta Romana et porta Orientalis, que iverunt per Place<n>ciam et terras de Malaspinis, contra quos Papienses, collecta multitudine gencium, iuxta Terdone montem in pratis que dicuntur de Fabrica sua posuerunt tentoria. In fine multis peractis preliis inter utrasque partes, Papienses, cum Mediolanensibus prohibere non poterant civitatis reedificationem, reddierunt Papiam ²²⁶. Sed cum Mediolanenses audiverunt de prelio quod erat inter predictos, in subsidium suorum miserunt alias duas portas Tycinensem et Vercellensem; que recepto precepto a consulibus die sabbati de sero fuerunt die lune apud Placenciam, et die martis fuerunt in pratis de Cruce, et die mercurii, quod erat in kalendis iulii, in pratis inter Sarçanum et Orescom. Die iovis invenerunt destructam

²²⁴ *Gesta* 17-18.

²²⁵ *Gesta* 18.

²²⁶ *Gesta* 18-20.

Terdonam, et multos ex Mediolanensibus vulneratos propter Papiensium pugnas. Infra paucos dies Papienses cum eorum exercitu posuerunt iterum tentoria sua ubi dicitur Oria et populari ceperunt meses Terdonensem, predictis Mediolanenses portis ibi in Terdona existentibus. Et reversi sunt Papienses ad patriam, et Mediolanenses edificaverunt communis Mediolani expensibus dictam civitatem pulchriorem quam antea fuerat²²⁷.

7. Anno Dominice incarnationis MCLVII Mediolanenses, eorum congregato exercitu, cum CC militibus Brixie transierunt Ticinum destruendi seges, castra et villas Papiensium. Marchio de Monteferrato, Obiço Malaspina et alii comites et marchiones usque in septem intraverunt in castrum Vigevani ut illud defenderent cum Papiensium exercitu, et ad castrum veniente Mediolanensem exercitu[s], Papienses exierunt castrum, ut provocarent ad bellum Mediolanenses aliquos precedentes, sed conculcati fuerunt a Mediolanensibus usque in castrum. Et tunc Mediolanenses castrum obsidione cinxerunt, et deficientibus vidualibus castrum rediderunt Mediolanensibus et iuraverunt stare preceptis magistri Guitelmi, qui era<t> Mediolani, datis prius CC obsidibus de melioribus Papie. Et eo tempore Mediolanenses potuissent Papiam destruere; et destructo castro Mediolanenses cum triumpho Mediolanum redierunt²²⁸.

8. Postea, cum Papienses preceptis magistri Guitelmi parere recusarent, Mediolanenses privatissime equitaverunt ad Lomellum relicta pro custodia Mediolani solo modo porta Ticinensi, et edificaverunt castrum Lomelli, ubi steterunt per mensem, et destruxerunt Papiensem castra et loca fere usque ad Gravadonum. Eodem autem tempore Cremonenses cum transissent Addam pro

²²⁷ *Gesta* 20-22.

²²⁸ *Gesta* 24-26.

destruendo castra, loca et villas Mediolani, in servicium Papiensium, antequam perficerent repente redierunt, credentes quod Mediolanenses ad se venirent, quod non erat vero²²⁹.

9. Unum non omitto, quod Mediolanenses expendiderunt ultra L milia marchas argenti in edificando castra, turres et alias munitiones de Galiate, de Treçate, et Muntem Malum, et Monte Oldrati, Maleum et Cavacurtam, Cornum ac Terdonam et Lomellum cum pontibus quos fecerunt super Ticinum et Addam pro eorum custodia²³⁰.

10. Post hoc, MCLVIII, V die mensis iulii, predictus Fredericus Primus imperator secunda vice venit in Lombardiam ad partes Verone, et inde transiens Blancanudam comitatus Mediolani. Et habebat secum regem Boemitarum, et multos duces, comites, marchiones, episcopos et alios barones Theotonicos. Mediolanenses putabant quod per ponte<m> Adue deberet transire, qua spe fuerunt decepti, quia invento vado ad Cornalianum ibi transivit, et castra posuit ad Triçium. Et cum Mediola<nenses> miserent quosdam milites ad supervidendum si verum erat quod transisset et ubi erat, capti fuerunt apud Grogonçolam, per milites imperatoris qui currebant depredando villas, Alcerius de Vicomercato, et Robacastellum, et alii quamplures qui fuerunt illico per gullam suspensi²³¹.

11. Post hoc vero V die mensis augusti imperator congregatis exercitibus Parme, Cremone, Papie, Novarie, Vercellarum, Cumarum, Pergami, Blandate, Bergulii, Gammondi, Marenghi, Vicencie, Padue, Verone, Trivisii et Ferrarie, Ravene, Bono[no]nie, Regii, Mutine, Brixie, et congregatis militibus Tuscie et quammultis aliis, cum eius Theotonicis exercitum suum posuit in brolio

²²⁹ *Gesta* 26-27.

²³⁰ *Gesta* 28.

²³¹ *Gesta* 28-29.

Mediolani. Et milites fuerunt extimati XV milia; pedites autem innumerabiles. Et imperator in solario Templi de brolio morabatur; archiepiscopus Colonensis prope Sanctum [ex]Celsum, alii principes circa Sanctum Dyonixium; rex Boemie cum duce et episcopo Boemie in monasterio Sancti Dyonixii²³².

12. Primo imperator preliatus fuit turrim que erat in via que vadit Malignanum, que appellabatur Archus Romanus, mirabili modo constructa, quam custodiebant porta Romana et porta To[n]sa. Sed existentes in ea timore perterriti eam dederunt imperatori; super quam imperator prederiam unam construi fecit, ex qua fugabantur illi qui erant in castello ligneo super pontem fossati. Et cum post multa bella videret imperator non posse habere civitatem, tractari fecit de pace, et facta pace VII die augusti²³³, sequenti die VIII imperator intravit Mediolanum, cui extra civitatem obviam iverunt Mediolanenses descalciati, et ipsum in civitatem duxerunt. Et ut pax melius servaretur dederunt Mediolanenses secundum pacta pacis imperatori CCC obscides de melioribus urbis²³⁴.

13. Licenciato exercitu Lombardorum et Tuscie et Marchie Trivixane, imperator profectus est Cremonam, deinde in Monteferrato, et ibi iemavit. Et cum esset in Ocimiano, receptis a Cremonensibus. XV milibus marcis argenti, publice precepit castrum Creme destrui; de quo Mediolanenses valde sunt turbati²³⁵.

14. Mense ianuarii misit imperator Raynaldum cancellarium et Ottonem comitem palatinum Mediolanum, dicentes quod Mediolanenses acciperent potestatem theotonicam, quod erat contra pacis pacta. Ex quo strepitus et magnus sonitus factus fuit contra eos

²³² *Gesta* 30-31.

²³³ Settembre, negli altri testi.

²³⁴ *Gesta* 31-34.

²³⁵ *Gesta* 34-35.

per Mediolanenses, et timore dictus comes fugit. Ocasionem tumultus prestiterunt Martinus Mala Opera, Aço Brutrascus, Castellus de Hermenulfis. Cançellarius ante predictus in quantum potuit dedit operam destructioni Mediolani 236.

15. Post hoc imperator ivit Bononiam, et solempnia Pasche celebravit ibi. Die autem iovis feriarum Pasche, Mediolanenses banivit, et eos hostes corone iudicavit sine requixitione; et cum audisset Triçium obsedi a Mediolanensibus, tribus diebus venit ad Montem Geçonis, qui dicitur Laude; et cum audivit captum Triçium, eius gentem munitura, ad mortem condoluit 237.

16. Anno MCLVIII cepit obsidere castrum Creme, in quo miserant Mediolanenses CCCC pedites cum certis militibus, cum quibus erat Manfredus de Dugniano. Sed imperator in obsidione no<n> audebat morari, sed stabat in Laude; deinde multos captivos habuit de Mediolanensibus in Laude, qui capti fuerunt apud Sereçanum, quos postea misit Papiam 238.

17. Anno MCLX datum est castrum Creme imperatori ut existentes solomodo personas sine rebus extraherent, et ibi imperator stetit per VIII dies, usque ad solum delevit. Sed hac obscidione durante, Mediolanenses iuraverunt cum Brixiensibus et Placentinis, qui omnes miserunt legatos ad Adrianum papam, qui erat in Aragino. Et iuraverunt Adriano quod aliquam concordiam non facerent cum Frederico sine licencia pontificis Adriani, vel eius successoris. Papa etiam ipsis sine iuramento promisit quod imperatorem infra XL dies e<x>comunicaret. Sed infra XL dies decesit 239.

236 *Gesta* 35-36.

237 *Gesta* 36.

238 *Gesta* 36-37.

239 *Gesta* 38-39.

18. Electus est concorditer a cardinalibus magister Rolandinus, et appellatus Alexander. Qui propter religionem suam cepit se excusare. Tunc quidam cardinalis nomine Octavianus, cum consilio aliorum duorum cardinalium atque consilio et persuaxione Ottonis comitis palatini et Guidonis comitis de Blandate, legatorum imperatoris missorum ad Adrianum tunc in curia existencium, fecit sibi fieri venustissimum mantum, et sibi secrete aportari per quemdam eius clericum, et cum magister Rolandinus se excusaret, dictus Octavianus sibi ipsi imposuit palium, non sutum nec incisum ut debebat, quia pars illa que debebat ad umeros attingebat circa pedes. Postea Octavianus venit ad imperatorem qui erat Papie, XI die februarii, et ab imperatore in apostolicum receptus est. Sed postea, tercio kalendas marcii, Johannes de Aragino cardinalis et legatus Alexandri venit in Mediolanum, et in maiori ecclesia excomunicavit cum Oberto archiepiscopo Fredericum imperatorem. Et postea XII die marcii excomunicavit episcopos Mantue, Cremone, Laude, marchionem Monteferato, comititem de Blandate rectore<s> et consules dictarum civitatum Cremone, Papie, Novarie, Vercellarum, Seppii et Martixane comitatus Mediolanensis²⁴⁰.

19. Excomunicavit etiam Lodovicum qui erat pro imperatore in Badavello V kalendas aprilis, et statuit omnia data et concessa per imperatorem ac in posterum danda esse irrita, donec non esset in pace cum ecclesia²⁴¹.

20. Postea mense medio mense madii imperator cum exercitu suo destruxit blavas, legumina, linum Mediolanensium²⁴².

21. MCLX de mense iulii, cum Mediolanenses venissent in obscidionem Carcani cum CC militibus Brixie et CC Placencie,

²⁴⁰ *Gesta* 39-40.

²⁴¹ *Gesta* 40.

²⁴² *Gesta* 40.

imperator cum eius exercitu voluit ab oscidione Mediolanenses repellere, et inter ipsos maximum et durissimum fuit bellum. In fine Mediolanenses obtinuerunt in bello, et magnam partem exercitus imperatoris interfecerunt et captos habuerunt, ex quo redimerunt obsides suos et captivos omnes, et ultra rema<n>serunt ipsis mille quingenti captivi. Et ab obsidione Carcani recesserunt, quod enim habere non potuerunt. Fertur etiam quod iuxta dominus Guido de Lomello fuisse, quod imperator fugiendo fuisse tentus a quadam vinca remansisset, in qua involutus erat destrarius eius pex conexus, qui marchio brachiis eum substulit et posuit super alium destrarium. Cumenses vero fugerant super quedam montem, quod Mediolanenses habuerunt cum igne quem fecerunt monti. Decimo die mensis septembris Carcanum se dedit sine aliqua condictione domino archiepiscopo Mediolani, cuius erat, et comuni Mediolani ²⁴³.

22. Anno MCLXI imperator congre<ga>vit maximum exercitum mense madio, et destruxit blavas Mediolanensium circa civitatem usque ad fossatum civitatis, et tunc capti fuerunt Adam de Paradino et unus de Moris, quos imperator fecit suspendi. Et in quadam batagiola ibi facta fuerunt <capti> de Mediolanensibus ultra CCC, qui missi fuerunt Laude. Post paucos dies iterum venit ad devastande blavas. Et tunc maximum fuit bellum ad portam Cumanam. Postea post duos dies ad portam Vercellinam, et tunc Ambroxius de Bollate neccatus est in fossato. Eodem quoque tempore, cum quidam cervus acceptus esset per quosdam Mediolanenses ad pontem Credarium venatoribus imperatoris, quibus data erat fidancia. Imperator post blavas cunculcatas usque in fossatum, cum fuit Laude, sex excarceratis Mediolanensibus fecit erui unum oculum pro quolibet, et sex aliis nares detrunchari et unum

243 *Gesta* 41-48.

oculum erui, et VI aliis duos oculos. Interea maxima est orta dissensio inter cives, inter patrem et filium, fratrem et fratrem, virum et uxorem: iam enim per plateas homines rixabantur, dicebant aliqui quod volebant se dare imperatori, aliqui quod non. Que discordia erat maxime propter carestiam et propter magnatum discensionem, et propter hoc publice data licentia comiti de Blandate et Ose, et filio eius Alberto, de quibus Mediolanenses multum confidebant, ut de pace cum imperatore tractarent. Et cum quasi pax esset completa bonis pactis et competentibus, quidam vir nequissimus ipsius civitatis consul, qui scripserat quantitatem bladi, qui vocabatur Jordanus de Scacabarocris clam de nocte ivit ad imperatorem et ei dixit propter sibi promissa ab imperatore quod Mediolanenses non habebant victualia, et quod non poterant stare ultra X dies vel XV ad plus. Quo auditio imperator sprevit pacem, et Mediolanenses sperantes de misericordia tradiderunt ei civitatem Mediolani, consilio principum, clericorum et laycorum curie²⁴⁴.

23. Anno domini MCLXII, primo die mensis marci, rediderunt se et civitatem Mediolani imperatori in civitate Laude et usque ad VIII dies miserunt ei V^c milites et V^c pedites cum carrocio de melioribus et maioribus Mediolanensium, cum tubis et vexillis ad imperatoris Laudem, quos tamquam homo nequissimus carceratos misit Papiam; carrociū et alia retinuit. Post hoc precepit quod civitas usque ad VIII dies vacuaretur. VII igitur die mensis aprilis exiverunt Mediolanenses de Mediolano cum rebus suis, et derelinquerunt civitatem. Et tunc archiepiscopus cum multis clericis ivit Januam ubi erat apostolicus Alexander. Et quis est qui posset lacrimas retinere, videndo ploratum et merorem puerorum, mulierum et omnium civium de civitate egrediencium, et proprios lares

²⁴⁴ *Gesta* 48-52.

relinquencium. Fuit enim dies illa calamitatis et miserie, dies tristicie et meroris ²⁴⁵.

24. Egressi itaque de civitate castrametati sunt illi de porta Tycinensi circa monasterium Sancti Vicencii; illi de porta Romana apud Sanctum Celsum; porta Orientalis et porta Nova ad Sanctum Dionisium; porta Cumana ad Sanctum Sepulcrum; porta Vercellina ad Sanctum Victorem ad Corpus ²⁴⁶.

25. Postea vero imperator cum Cremonensibus, Laudensibus, Papiensibus, Cumanis, Crispensibus et Martixanis et multis aliis intravit Mediolanum. Et primo igne acremavit omnes domos; postea destrusit et domos et turres et murum civitatis. Plurima subversa sunt altaria et violate sunt multorum sanctorum reliquie. Et steterunt usque in Ramis Palmarum sivi Olivarum, que fuit in kalendis aprilis, et in ecclesia Sancti Ambroxii olivam accepit imperator ²⁴⁷.

26. Et eo anno fere tota Lombardia venit tribus vicibus ad destruendum civitatem et explanande fossatum ²⁴⁸.

27. Postea circa kalendas maias datus est Henricus Leodiensis episcopus ut Mediolanensibus presset, et quatuor loci ad habitandum ei<s> assignaret. Designavit porte Romane inter casina<m> Plasmundi; porte Ticinensi ibi prope in territorio de Vegrantino; porte Orientali et porte Nove ad Lambrate; porte Cumanne ad Cartariam; porte Vercelline ad Sanctum Inri ²⁴⁹ ad Vepram. Et sic ceperunt hedificari burgos in dictis locis ²⁵⁰.

²⁴⁵ *Gesta* 52-53.

²⁴⁶ *Gesta* 54.

²⁴⁷ *Gesta* 54.

²⁴⁸ *Gesta* 54.

²⁴⁹ Per «Sirum».

²⁵⁰ *Gesta* 54.

28. Postea mense augusti dictus episcopus recessit, et eis dedit loco eius Petrum de Cumino, ut Mediolanensibus preesset. Qui omnia mala Mediolanensibus fecit, et ab eis tamquam a barbaris subtili ingenio extorsit aurum et argentum et subtilissimos modos et novos extorquendi pecuniam ab eis adinvenit²⁵¹.

29. Hoc acto imperator profectus est ad Doram, et ibi fuit in festo Johannis Decollacio, ubi coloquium debebat esse cum rege Francorum et cum Alexandro papa. Sed papa non adfuit, timens colusionem imperatoris quod presenserat. Sed imperator et rex discordes desererunt, et inde imperator abiit in Alamania²⁵².

30. Imperator mense octubris proximo tercio Lombardiam intravit, et venit Laude, deinde Papiam VIII kalendas decembris²⁵³.

31. Anno Domini MCLXIII, congregatis omnibus Papiensibus, precepit ut pro arbitrio suo iterum Terdonam destruerent. Quod quidem sine mora fecerunt. Postea cum imperator transciret iuxta Modoeciam, III die decembris mares et mulieres illius burgi pro misericordia petierunt obscides Mediolani, quos reddire precepit in festo Sancti Ambroxii²⁵⁴.

32. Eadem yeme MCLXIII, XVII die ianuarii, cepta est edificari civitas imperialis apud Sanctum Collumbanum. Eadem yeme Veronenses cum omnibus de illa marchia iuraverunt cum Venetis contra imperatorem. Imperator mense iunio proximo ad partes illas congregato exercitu perrexit, sed cum obrobrio rediit. Eodem etiam mense, VI die iunii luna passa est eclipsim, cum esset XII, et eo anno fuit bixestus²⁵⁵.

²⁵¹ *Gesta* 54-56.

²⁵² *Gesta* 55.

²⁵³ *Gesta* 56.

²⁵⁴ *Gesta* 56-57.

²⁵⁵ *Gesta* 57-58.

33. XI die eiusdem mensis iunii Raynaldus cancellarius Coloniensis archiepiscopus tullit corpora sanctorum martirum Naboris atque Felicis et Sancti Martini, prout dicebatur, et cetera alia corpora que erant condita in archa que est in ecclesia Beati Eustorgii, et que dicitur fuisse trium Magorum, et ea exportavit Coloniam²⁵⁶.

34. Mense autem augusti proximo mortuus est Henricus Leoniensis episcopus Papie, et datus est ab imperatore ut preesse debeat Mediolanensibus Marquardius de Curumbat, qui fecit fieri librum qui intitulatur *Tristium sive Doloris*, in quo scripta erant omnia mansa et fogolaria et iuga bobum Mediolanensium, et unusquisque solvebat in anno pro manso quolibet III solidos imperiales, pro iugo bobum XII imperiales, pro fogolari XII imperiales, et huic exactionis proposuit abbatem Sancti Petri Celsi Aurei, Henricum de Erbesis, Jordamum Sebacabarocium proditorem Mediolani patrie sue, Anselmum de Orto et Ariprandum iudicem²⁵⁷.

35. Imperator mense nevembri proximo ivit ultra montes, et omnibus tam civibus quam rusticis venationem interdixit cum rete, laceolo vel fosato²⁵⁸.

36. Anno ab incarnatione Domini MCLXVI de mense maio obiit Marqua<r>dus qui preerat Mediolanensibus pro imperatore, et datus est eis comes Henricus de Disce²⁵⁹.

37. Quarta vice imperator intravit Lombardiam eodem MCLXVI, et iuxta Brixiam venit et devastavit castra et villas usque ad fossatum civitatis, et LX obsides de maioribus et melioribus

²⁵⁶ *Gesta* 58.

²⁵⁷ *Gesta* 58-59.

²⁵⁸ *Gesta* 59.

²⁵⁹ *Gesta* 60.

Brixiensium mixit Papiam. Pergamensium quoque episcopatum usque ad montem devastavit²⁶⁰.

38. MCLVII mense februarii ivit Bononiam imperator, et usque ad civitatem eam destruxit, et C obsides eis abstulit, et VI milia librarum luchensium. Eodem mense nix duobus brachiorum altitudinis cecidit in terram²⁶¹.

39. MCLXVII Cremonenses, Pergamenses et Brixienses quinta feria, quinto kalendas maii introduxerunt Mediolanenses in civitate destructa, et eam secum construxerunt. Post hoc Galdinus archiepiscopus, qui cum papa Alexandro erat, V die septembris venit Mediolanum. Imperato<r> vero VII kalendas octubris de Roma rediit Papiam, et combursit Roxate et alia loca usque ad Casternum et locum Sancti Vici et Cornaleti. Postea vero MCLXVIII VIII die marci suspendit per gulam Gilium de Prando et obsides de Brexienses quos habebat iuxta Sanxim, dolore repletus quod Mediolanenses, Laudenses, Brisientes et Novarienses obsiderant Blandrate, et inde abiit in Alamaniam²⁶².

40. Eodem mense marci, XII die mensis, Placentini, Parmenses et Obiço Malaspina iterum introduxerunt Terdonenses in Terdona, et XX die illius mensis illi de Seprio, comitatus Mediolani, iuraverunt stare mandatis archiepiscopi Galdini et communis Mediolani²⁶³.

41. Post multas expeditiones factas ultra Padum, MCLXX-III<I> cum civitatibus que cum Mediolanensibus iuraverant, videlicet Marchia Trevixana, Verona, Brixia, Mantua, Pergamum, Laude, No-

²⁶⁰ *Gesta* 60.

²⁶¹ *Gesta* 60.

²⁶² *Gesta* 61-62.

²⁶³ *Gesta* 62.

varia, Vercelle, Placencia, Parma, Regium, Mutina, Bononia et Ferraria, imperator quinta vice Lombardiam intravit²⁶⁴.

42. Anno ab incarnatione Domini MCLXXIIII in isto quinto introitu imperatoris Frederici, ipse imperator IIII kalendas octubris cum VIII milibus pugnatorum venit Senxiā et combursit eam, deinde venit Aste, et ibi stetit VIII diebus. Deinde venit Alexandriam quarto kalendas novembbris, et obsedit eam cum Papiensibus et marchione Montisferati usque in undecimam diem mensis aprilis. Ea vero die cum esset festo Pasche, non obstante fidancia et tregua non opugnandi eos in diebus Pascatis, accensus ira Lombardorum qui erant in loco Castegio, clam fecit suos armari, et nocte de melioribus quos habebat introduxit circa CC in quodam foramen, quod fecerat, et quod exitum habebat quasi in medio civitatis, et mane cepit Alexandriam pugnare. Sed Deus pugnavit pro Alexandrinis, et omnes CC mortui fuerunt, et turris lignea quam fecerat combusta est²⁶⁵.

43. Post hoc MCLXXV Mediolanenses se moverunt cum karrocio suo XI die marci cum amicis Marchie Trivixane, Verone, Brixie, Mantue, Pergami, Parme, Regii, Mutine, Placencie, Ferrarie, Novarie et Vercellarum, et inter eos quadam pax ficte facta fuit²⁶⁶.

44. Postea vero MCLXXVI IIII kalendas iunii quodam die sabbati, cum Mediolanenses essent circa Lignatum, et cum eis essent amici predicti Marchie Trivixane et Lombardie, et imperator Fredericus esset castrameatus iuxta Cavatecum cum Thotonicis et Cumanis omnibus, et vellet transire Papiam, magius prelius fuit inter eos. Et cum imperator crederet quod Papienses deberent esse ei obviam, Mediolanenses fuerunt, et in fine imperator cum suis con-

²⁶⁴ *Gesta* 62.

²⁶⁵ *Gesta* 62.

²⁶⁶ *Gesta* 62-63

versus est in fugam, et de suis multi capti et mortui et in Tycino suffocati ²⁶⁷.

45. Eodem anno imperator direxit nuncios clam ad papam Alexandrum, et ordinatum fuit coloquium apud Venecias sub colore pacis faciende. Et ibi steterunt quasi per medium annum. Ab incarnatione Domini MCLXXVII, nono kalendas augusti, Alexander, facta pace cum Frederico imperatore apud Venecias, recepit Fredericum imperatorem et Beaticem augustam et coniugem eius et Henricum eius filium in fidelissimos christianos ²⁶⁸.

46. Ultra predictum autem Octavianum, tres alii contra Alexandrum papam favore Frederici imperatoris etiam per quosdam appellati fuerunt pape, videlicet Guido Crem[on]ensis, Johannes Strumensis et Landon. Primus Octavianus fecit se nominari Victorem; Guido secundus Pasqualem; Johannes tercius Calixtum; quartus Innocencium. Quorum tres fuerunt cardinales presbiteri, qui per Alexandrum excomunicati mala morte perierunt ²⁶⁹.

49 270

1. Huius imperatoris tempore magister Girardus de Sancta Lucia fixicus cremonensis, in philosophia, astrologia, nogromancia subtilissimus, cum apud regem Yspanie pro eius medico diucius prefulgisset, decem et octo annis continuis se dedit translationi medicine, que tunc temporis erat in lingua ebrayca, et libros Avicenam, Galienum, Armansorem, et fere omnes libros tocius medicine, qui hodie in lingua latina per universum orbem, excepto libro

²⁶⁷ *Gesta* 63.

²⁶⁸ *Gesta* 63-64.

²⁶⁹ MARTIN. 437,1-5.

²⁷⁰ Dopo IV,95,5.

nominato *Viatico*, ac etiam in philosophya et alii scienciis quamplures alios, usque ad sexaginta volumina librorum et ultra de lingua ebrayca transtulit, ut aperte constat egregie in latinam linguam.

2. Infra dicta translatione ad eius perfectionem omni diligencius nepote magistro Petro de Sancta Lucia egregio astrologo et in nigromancia subtilissimo, et tunc temporibus de famosioribus mundi, de quo multa mirabilia dicuntur. Cui ad ipsum profecto dedit dictos libros, et eidem dixit: «Accipe absconsum et latinis incognitum thexaurum, et aportat civitati et studio Cremone, sit in honorem Dei et ad sanitatem humani generis ut feretur (!)». Quod cum recederet de partibus illis, quod aliqui sibi fuerunt obviam intendentes ab ipso rapere libros, ne sciencia alibi traderetur de quibus perpendens de nigromancie artem, subito fecit quod lacus maximus apparuit inter se et illos. Qui Cremone reversus prelibatos libros deposituit in ecclesia Sancte Lucie Cremone, et ut ei patruus dixerat, qui etiam eidem comiserat ut nemini exemplare volenti exemplum denegaret, a quibus originem habuerunt, et exemplati sunt omnes predicti libri medicine, et quam multi alii in philosophia et aliis scienciis per Ytaliam et ubique per linguam latinam dispersi. Cum anterea in arte medicine non reperiebatur nixi *Viaticum*, et certe alie inordinate scripture; qui libri ut plurimum extant hodie in segrestia dicte ecclesie sicuti prenominatus magister Girardus propria manu ipsos translactavit in cartis bombicinis, licet quam plurimi sint deperditi, ex eo quod aliquibus ad exemplandum comodati eos restituere noluerunt, et propter oblivionem non fuerunt requixiti.

3. Huius etiam imperatoris tempore Johannes de Baxiano cremonensis prefulgebat iuris civilis omnium qui antea fuerunt, a Justiniano citra subtilissimus et preclarissimus professor; qui quodammodo lucerna prefulgente ante posteros portans obscuritatis

declarator fuit, in magnis alterationibus doctor titubancium, ante quem leges non potuerant bene intelligi. Qui in Bononiensi studio fecit *Arborem act*i*onnum* stando letanter in tina; in qua latuit sine vestibus tribus diebus, propter verecundiam vestimentorum, que amiserat cum regaciis scolarium, deperdito prius cum scolaribus eius salario anni ad ludum taxillorum. Et quam multa alia et subtilia et utilissima scripta. A cuius scriptis Aço Bononiensis, qui fuit eius scolarus, composuit *Summam Açonis*, et sibi atribuit que scripta uxor ipsius domini Johannis ipsi Aconi dedit, qui eam postea habuit in uxorem. Eius domini Johannis contemporanei fuerunt Martinus de Goxi cremonensis, qui fuit equitate plenus, Bulgarus, Guarnerius et quam plures alii in gloxis ordinariis iuris civilis nominati. Prefatus dominus Johannes licet in sciencia esset tam nobilis et preclarus, tamen deditus erat vino, meritricibus et ludo taxillorum.

4. Hic imperator fecit legem *Sacramenta puberum* facta, et cum promisisset Martino Goxe equum, ei dare noluit, quia respondit imperatori sacramentum puberis non tenere, sed dedit Bulgaro, qui dixit valere. Unde dictum fuit: «Martinus non habuit equum, quia dixit equum, sed non fuit equum»²⁷¹.

50 272

qui tunc temporis erat, et pro censu dictum opidum dare debebat auratim ecclesie Cremonensi unum barrille olerum et aliud mellis.

²⁷¹ Gran parte di queste notizie - ma alcune sono inedite - desunte forse da Odofredo; cf. N. TAMASSIA *Odofredo. Studio storico-giuridico* in TAMASSIA *Scritti di storia giuridica* II Padova CEDAM 1967 402-06.

²⁷² Dopo IV,95,6; si parla dello scisma al tempo di Alessandro III.

51 273

Accepit signum crucis imperator et ivit ultra mare

1. Fredericus primus imperator signum crucis Domini nostri Yehsu Christi asumpsit MCLXXXVIII ab incarnatione Domini, et exivit de Alamania et venit in Ungariam, et fertur ibi habuisse nona-ginta milia militum, et rex Ungarie honorifice et pacifice recepit eum. Transivit autem per totam Ungariam. Miserat etiam Romanus imperator Fredericus ad Cursacum imperatorem Constantinopolitanum nuncios, videlicet episcopum Monesterii et comitem Rebortum, ut eum in pace recipere^t. Ipse vero eos retinuit, et properavit tres magnos exercitus, et missit eos contra eum ad introytum Bulgarie ut detinerent eum et disiparent itinera ante eum. Est enim in itinere maximum nemus bene dierum quatuor in transitu, et via altissima. Preses vero Burgarie cum videret se non posse imperatori Frederico resistere, cum illis III exercitibus, totam viam disipavit, et nemora contra eum destruxit. In exitu vero nemoris maximam fecit inundationem aquarum, et cum exercitibus ad pugnando se paravit. Imperator vero per nemus maximo labore iter fieri fecit ²⁷⁴.

2. Dux vero Suavie filius imperatoris Frederici cum suo exercitu precedebat, et cum invenisset munitionem exercitus cum eis pugnavit, et maximam multitudinem illorum interfecit, et munitionem destruxit. Transit autem Romanus imperator et venit ad civitatem que dicitur Philippus, et eam expugnavit, et cum omnibus diviciis eam cepit, et ibi per XII edomadas permansit. Postquam

²⁷³ Dopo IV.⁹⁵

²⁷⁴ Gesta 78-80.

autem imperator Constantinopolitanus audivit quod Philippus civitas erat capta, nuncios imperatoris quos captos habebat dimisit, et in hunc modum per eos Frederico mandavit: «Mandat tibi Constantinopolitanus imperator Cursacus se esse bene sanum». Audivit etiam et soltanus de Cunio quod imperator Romanus esset Philippis, ei missit salutem, et quod blandaciter per totam suam transiret, et nuncios ei missit qui dicerent et dirigerent eum per itinera. Dimisit imperator Fredericus partem exercitus, et post X dies occupavit X civitates Andrinopolis ²⁷⁵.

3. Eo ibi morante Grecorum imperator properavit magnum exercitum Grecorum et Turchorum et missit eum de montanea contra imperatorem. Fredericus vero imperator missit ducem Suavie filium suum cum mille milibus et quibusdam sagitariis, et preliatus est cum eis, et eos superavit. Et fugerunt, et se clauerunt inter menia et fortificias. Descendens autem de eius equo cum eius exercitu menia cum omnibus cepit et eos detruncavit. Sed tunc XII turchi quamdam munitionem ceperunt, et ibi mirabiliter resisterunt, ita quod capi non potuerunt; sed igne cremati fuerunt intus ²⁷⁶.

4. Deinde Grecus imperator post VII dies missit nuncios suos XVI de melioribus quos habebat, dicens se velle dare imperatori Romano transitum, et quod iret securus per totam suam terram. Fredericus vero imperator cum libenter vellet ad expugnationem Constantinopolis procedere et ire, habitu consilio suorum procerum viam rectam obtinuit, ut quam cicius posset veniret in christianorum auxilium. Tunc imperator peciit a Greco obscides, et ille missit ei XII, qui perduxerunt eum Galipolim, et ibi transitum habuit.

²⁷⁵ *Gesta* 80-82.

²⁷⁶ *Gesta* 82-84.

Constantinopolitanus imperator amplius ei dedit naves quas promiserat, ita quod per unum diem Fredericus transivit 277.

5. Dux vero Frederici filius cum omni exercitu transivit. Imperator vero in quadam galea cum sagitariis extensis et balistrariis transivit. Post transitum vero venit Philedelphim, et quia ducus illius contrate nolebat dare forum, Theotonici properaverunt se ad bellum, et cum eis maximum fecerunt bellum. Ducus vero Philedelphis properat se ad pugnandum cum imperatore, et videns multitudinem exercitus imperatoris, et quod non posse eidem resistere, promixit ei dare forum, si vellet civitatem intrare[t]. Cum paucis imperator intravit cum quibusdam in civitate, et exercitus extra remansit. Sed quia Greci plurimum dicebant eius forum quam valeret, cresit inter eos bellum, et inierunt bellum, et certaverunt per duos dies et noctes, absque voluntate imperatoris. Videntes Greci se vinci, fugerunt intra civitatem et munitiones civitatis ceperunt, et postea inierunt pactum, et dederunt eis bonum forum. Sed porrigebant venalia eis cum funibus in canistris, et eodem modo porrigebatur peccunia. Exivit postea imperator de civitate Philedelphim, et ducus dedit ei unum nuncium qui debebat cumducere, et duxit eum per montaneam et remota, et non invenit imperator victualia per duos dies. In exitu vero nemoris invenit imperator quosdam Grecos et Armenos qui dederunt illud forum quod potuerunt 278.

6. Post hoc imperator invenit Turchomanos de Barrias; agrestes Turcli sunt, qui nullo detinentur imperio, et nulla loca possident, sed morantur in agris. Qui maximum et infinitum exercitum congregaverunt, ita quod credebant et sperabant se posse vincere et superare imperatorem, et habere omnia sua. Et pugnaverunt cum eo IIII edo-

277 *Gesta* 84.

278 *Gesta* 84-86.

modas, die noctuque, itaque imperatoris exercitus semper incedebat armatus. Et interfecit ex eis maximam multitudinem, et quemdam amiragium militie eorum ²⁷⁹.

7. Restagnus vero dominus eorum in quadam strictura moncium cum infinito exercitu fuit ante imperatorem, et non siniebat eum transire. Sed missit ad eum quod non transiret nisi ei daret centum somas auri et argenti honoratas. Imperator vero respondit quid bene volebat dare aurum et argentum, sed non nisi macinatum ²⁸⁰.

8. Interea nuncii soldani ducebant imperatorem ignorantem, et dicebant ei cito esse in terra soldani, itaque gens illa non posse amplius nocere. Tunc quidam amiragius divino numine tactus venit ad imperatorem, et dixit ei se ostendere ei bonam viam, et quod manne erit imperator preliatus cum eis, et si hoc non esset quod imperator amputaret ei capud. Duxit imperatorem per montanam, cum non posset eum ducere per planiciem quam Turcli ceperant. Precepit tunc imperator ut omnes acciperent penitenciam quia manne erant preliaturi ²⁸¹.

9. Manne vero cepit per montanam ire. Sagitarios et balistarios premisit. Pugnavit cum eis et multos ex eis interfecit. Et cum pervenisset imperator ad disensum montis non potui[i]t desendere nixi relictis alimentis Saracenis. Sed cum dux imperatoris filius descendisset, ipsi infestabant ita imperatorem quod non poterat descendere; dux vero simul cum imperatore reversus pugnavit cum eis et devicit eos, et dux ibi fuit percusus de quodam lapide, et duos dentes amissit ²⁸².

²⁷⁹ *Gesta* 86.

²⁸⁰ *Gesta* 88.

²⁸¹ *Gesta* 88.

²⁸² *Gesta* 88.

10. Postea transito monte et relictis alimentis ductores soldani fugerunt ab eo. Imperator vero et eius filius dux per quamdam planiciem per XV dies iverunt. Sed non inveniebant ad comedendum, sed comedebant equos. Cum agrestes Turcli putarent eos defecisse fame, properaverunt se ad bellum cum peditibus et militibus ut pugnarent cum eis. Imperator vero graviter devicit eos, sed maxima multitudo Turclorum fugiit in quadam clausura, et Theotonici acceperunt ligna et ignem et comburserunt eos, et deinde illi Turcli fugerunt, et amplius non fuerunt imperatorem persecuti ²⁸³.

11. Altera vero die Malecrinus filius soldani cum suo exercitu obviavit imperatori, et misit ad eum dicens reverenter: «Quid facere putas, cum plus habeam vexilla quam tu milites?» ²⁸⁴.

12. Et cum pervenisset imperator ad quemdam pontem, Turcli fuerunt ante imperatorem et retro. Dux vero imperatoris filius precessit et pugnavit cum eis et devincit omnes; imperator ex alia parte alios fugavit, et maximam partem eorum interfecit, et pontem transivit ²⁸⁵.

13. Deinde maxima etiam insita ²⁸⁶ multitudo Turclorum circuerunt exercitum imperatoris, itaque eundo ipsi expugnaverunt exercitum christianorum undique die noctuque per tres edomadas, et nichil habebat exercitus imperatoris ad comedendum, nisi quod comedebant equos. Postea dimiserunt eum per unum diem et noctem, et non inveniebant aquam. Sed cuperunt quemdam turclum, et minati sunt ei amputare caput nisi ostenderet eis aquam, qui ostendit eis aquam salsam ²⁸⁷.

²⁸³ *Gesta* 88-90.

²⁸⁴ *Gesta* 90.

²⁸⁵ *Gesta* 90.

²⁸⁶ Per «infinita».

²⁸⁷ *Gesta* 90.

14. Altera vero die castrameati sunt in cardinis Conii. Tunc soldanus mixit ad imperatorem quod ipse male intraverat in suam terram, et imperator remisit ei ut diceret utrum vellet ei dare forum an non. Rex vero soldanus respondit se velle dare, sed ita misit tale forum quod exercitus imperatoris non poterat sufferre, et tunc properavit se imperator ut pugnaret cum eis. Sed episcopus Inciburgi habuit contionem magnam quadam die veneris, et ortatus est christianos ad bellum, et precepit eis ut aciperent penitenciam, et quod comedenter carnes ad hoc ut pugnarent firmiter contra hostes. Dixerat enim ipse episcopus et quidam alii se vidisse beatum Georgium pugnantem pro eis contra hostes. Unde omnes voverunt ieiunare vigiliam sancti Georgii in pane et aqua. Cum exercitus christianorum esset armatus ad pugnandum, filius soldani ocupavit exercitum retro, sed filius imperatoris dux pugnavit contra civitatem, et magna vi cum Turclis; intravit civitatem, et fere omnes interfecit 288.

15. Imperator vero retro cum filio soldani pugnavit et innumerable ex eis interfecit. Et reversus imperator hospitatus fuit cum filio in civitate. Erat enim castrum fortissimum in civitate, in quo soldanus cum quibusdam fugit 289.

16. Mane soldanus necessitate compulsus missit ad imperatorem dicens se velle ei dare forum et omnia que vellet in pace, et se mestum esse de eo quod consigerat. Imperator vero propter factorem mortuorum, quia domus et vie plene erant cadaveribus, peciit obscides sibi dari, et sibi datis secessit forte per tria miliaria, et castrameatus est in pomeriis. Soldanus ei dederat IIII obsides, et ei dedit forum per totam terram suam ut promiserat.

288 *Gesta* 92.

289 *Gesta* 92.

Sed per tempus aliquod carum nimium, et quia equi defecerant imperatori, propterea quod exercitus eos comedederat et quia mortui erant in preliis et fame, peciit imperator a soldano forum equorum et soldanus cito fecit venire maximam multitudinem, sed nimium caros Turcli eos dicebant de voluntate soldani, et in tantum quod dicebant unum destrarium C marchas argenti. Et per tres dies et ita caros tenuerunt Theotonici foronem per marcham, et ipsi bene acipiebant. Soldanus hoc audiens misit ad imperatorem conquerens quod sui decipiebant Turclos. Imperator remisit ei quod si darent bonum forum quod ipsi darent bonam et iustum marcam, et sic constituerunt inter se potestates de christianis et Turclis qui tenebant iusticiam, et deinceps non deceperunt se²⁹⁰.

17. Et Turclimani agrestes, qui non sunt de potestate soldani, semper infestaverunt imperatorem usque in Armeniam. Postquam devenit imperator in Armeniam et asendit montanam, Turcli non fuerunt amplius imperatorem secuti. Sed invenit imperator Armenos agrestos, qui dederunt ei forum. Dese<n>dit imperator de montanis et invenit flumen Calphi et ivit per duos dies per ripam illius fluminis. Tercio vero die vidit Fredericus imperator ultra flumen quedam amena et locupleta loca, et transivit flumen causa comedendi et spaciandi, et post prandium dixit se velle balneare. Erat quippe illud flumen magnum. Desendit imperator in flumine cum duobus militibus, et cepit natare, et tunc inundatio venit et emersit eum. Et quidam milex cucurrit cum equo et trasit eum de flumine, et eo die mortuus est. Et plantum magnum fecit universus exercitus, et postea aportatus fuit ad civitatem Philedelphim, et eum condiderunt aromatibus²⁹¹. Post modum gens sua et exercitus qui post eum

290 *Gesta* 92-94.

291 *Gesta* 94-96.

remanserat in illis partibus, cum metu tristitia et dolore vehementissimo ad partes transmarinas prout melius reddire potuerunt conati sunt²⁹².

52 293

Anno MCXCVII mense novembris obiit in civitate Cremone sanctus Homobonus, vir eximie sanctitatis miraculis corruscando 294.

53 295

Anno MCCXIII Cremonenses soli durissimo prelio apud Castrum Leonem dyocesis Cremone superant Mediolanenses quibus auxilium prestiterant pro maiori parte alie civitates Lombardie contra Cremonam. Et fuit hoc modo: quia cum Mediolanenses castra posuerent prope dictum castrum pro ipsius obsidione et pro faciendo guastum ipso castro et aliis episcopatus Cremone, Cremonenses hoc audientes siñ (?) eiusque presidio cum eorum milicia et populo, denudata omnibus civitate, preter mulieres, infirmos, senissimos et infantes, profecti sunt dictum castrum; et cum eorum ambaxiatores in castris Mediolanensium missi, pro pace seu tregua humiliter supplicanda, responsum Cremonensibus retulissent, quod Deus cum sanctis suis, ut Mediolanenses aiebant, esset Cremonensibus adiutor, et enses, lancee et alia arma, ac eorum vires pro ipsis

²⁹² Di quest'ultima notazione non è traccia nei *Gesta*.

²⁹³ Dopo IV,96,5.

²⁹⁴ Esatto l'anno di morte, contro il 1198 di SICARDO ed il 1199 degli *An. Cr.* (vedi la nota 4 in *An. Cr.* 10).

²⁹⁵ In IV,97,5 al posto del semplice «Anno MCCXIII Cremonenses prelio superant Mediolanenses».

Mediolanensibus intercederent, Cremonenses hoc audientes illico - et fuit in hora prandii nutu Dei, ut creditur, propter tam tempore, responsum - exterminato furore contra Mediolanenses, viriliter iverrunt, et ibi grande et crudelle prelum inter utrosque fuit. Demum Mediolanenses terga vertencium innumerabiles cesi sunt, et capti ultra decem et octo milia hominum, cum eorum carrocio ²⁹⁶ in Cremona sunt ducti ²⁹⁷. Et in palacio Cremonensi circumquaque intus et extra in signum tanti triumphi, ex opposito deperdita fuerunt vexilla, clipei et alia alma ²⁹⁸, et ad murum palacii ista carmina scripta:

*Hic predicti clipei
Clari monumenta trophei
Per Christi dona
Capti victrici Cremona
Cum Mediolani
Populus spe captus inani
Magnificis urbis
Animis armisque superbis
Nos impugnavit
Quos nostra modestia stravit.*

54 299

in festo sancte Lucie ³⁰⁰

²⁹⁶ Cf. MUSSI 458.

²⁹⁷ Cf. SICARDO *Cont.* 181,4-16; *An. Cr.* 13,9-14; *Pomerium* 126; TOLOSANO 136,1-13; *An. Berg.* 331,16-21; *Chr. Parm.* 8,13-14; *An. Brix.* 817,29-48; MILIOLI 657,18-36; *An. S. Just.* 150,36-42; CODAGNELLO 42-44;

²⁹⁸ Per «arma».

²⁹⁹ In IV,98,1 dopo «coronatur»; ci si riferisce a Federico II.

³⁰⁰ In realtà il 22 novembre; per santa Lucia Federico morì!

55 301

Mater eius fuit Constancia, filia Rogerii regis Scicilie et Jerusalem³⁰².

56 303

Eo anno beatus Francischus dormuit in Domino³⁰⁴.

57 305

Hanc causam in litteris quas misit per Ytaliam in sui excusationem imperator asserebat; sed Gregorius in suis litteris quas etiam misit hanc causam imperatorem falso in sui excusacionem declarabat, cum de illa parentella nusquam intelleserit, nec neptem suam filio eius naturali matrimonio copulasse³⁰⁶.

58 307

³⁰¹ Dopo IV,98,1.

³⁰² Re di Gerusalemme era Giovanni di Brienne, la cui figlia, Jolanda, Federico sposa nel 1225.

³⁰³ Dopo IV,98,5; l'anno è il 1224.

³⁰⁴ In realtà nel 1226.

³⁰⁵ In IV,98,7 dopo «placeret»; si parla delle ragioni del dissidio fra Federico II e Gregorio IX, e si è appena accennato alla diceria secondo la quale il papa avrebbe voluto che Federico sposasse sua nipote.

³⁰⁶ Cf. la lettera di Gregorio IX in HB V,1 338.

³⁰⁷ Dopo IV,98,7.

Millesimo CCXXV tempore Honorii III pape et Federici Secundi imperatoris, Milites templi et hospitalis et alii nobiles et potentes a perfidia paganorum et Saracenorum gravissime oprimebantur: afflictiones, angustias et tribulationes frequentissime substinebant. Videntes autem ipsis resistere minime posse, comunicato consilio sapientum virorum ad summi pontificis presenciam legatos clericos et laycos nobiles viros miserunt, qui ad Romanam curiam procedentes ad pedes domini Honorii III summi pontificis se presentaverunt instantes attentissimis precibus ut opera efficacem prestaret quod subscidium pro defensione Terre Sancte miteretur. Hec quidem sumo pontifici et eius curie placuit. Honorius summus pontifex statim nuncios ad Federicum Secundum imperatorem misit ut cum eo ad coloquium convenire deberet. Cum autem in coloquio fuissent, dedit imperatori in mandatis ut milites feroce et nobiles imperii faceret preparare secum in christianorum auxilium profecturos. Similiter tactis Sacris Scripturis sub vinculo sacramenti imperatori vinsit ut infra certum tempus cum omni genere quam habere posset transmeare debeat. Eciam summus pontifex per universas provincias suas diresit nuncios ex parte Dei et in remi (!?)
308.

59 309

et maxime civitas Cremonensis crebrius aliis

60 310

308 Cf. HB II,1 142-44, 190,220-22.

309 In IV,98,15, tra «quo tempore urbes Italie singule» e «multis turribus inclite visebantur».

in campo Pergamensi ibi ubi dicitur Cortenova, prope campum Mediolani et riverie Adue, et cum inter comiliciones contendenteretur, qui egregius in bello dimicasent et diversi diversis rationibus moti diversa, ut accidit in similibus, nararent, imperator hoc audiens respondit: «Populus noster Cremonensis obtinuit in prelio».

61 311

Hoc tempore civitas Cremone infinitum habebat exercitum populum, egregie munitum et in armis mirabiliter expertum. Milicia erat nobilissima et potentissima, et audivi a patre meo sene, ego Gasapinus de Antegnatis cremonensis, qui iuvenis XV annorum tunc temporis, quando imperator de Alamania Cremonam proficisebaturus erat, quod eundo obviam cum aliis Cremonensibus imperatori qui aplicuerunt ad flumen Clesii, vidi quatuor milia militum in ipso equitatu, mille pro quolibet quarterio civitatis, ad equos bene munitos, et mille episcopatus Cremone cum equibus. Et tunc imperator dixit, quando ipsos vidi ordinate in quinque aciebus ad se venire: «Usque Romam cum Cremonensibus solis honorifice possemus transire».

62 312

310 In IV,98,20 dopo «expugnavit»; si parla dell'imperatore impegnato nel 1237 contro i Milanesi.

311 Dopo IV,98,20.

312 In IV,98,21, dopo «Anno MCCXXXVIII imperator Brixiam obsidione cinxit, sed ea potiri nequivit».

et maxime ex clade et ex multitudine muscarum, ex qua si non mortui ut plurimum infirmi homines reperiebantur. Et aseritur quod tanta in exercitu erat muscarum multitudo, quod vix comedere aliquis poterat quin, aut in cibo mixtas aut in ore volantes, de ipsis non assumeret; assumitates papilionum aliarumque tendarum tincte colore nigro videbantur de nocte propter multitudinem muscarum appositam 313.

63 314

*Imperatores in Germania hii sunt usque ad He< n >ricum de
Lucimburgo*

1. Octo Primus de Sanxonia, Henrici regis filius.
2. Otho Secundus, filius Othoni Primi.
3. Otho Tercius, filius Othoni Secundi.
4. Henricus Primus dux Baverie.
5. Comradus Primus dux, ex Francorum genere, maritus neptis Henrici Primi.
6. Henricus II, Conradi Primi gener.
7. Henricus Tercius, Henrici Secundi filius.
8. Henricus III, Henrici III filius.
9. Lotarius IIII dux Sanxonie.
10. Comradus II.
11. Federicus Primus, nepote Conradi Secundi.
12. Henricus V, filius Federici Primi. Otho IIII dux Saxonum.

313 L'assedio durò dal 3 agosto al 9 ottobre, cf. MALVEZZI 911-12.

314 Dopo IV,98,25.

13. Fredericus II, filius Henrici Quinti imperatoris; et post istum vacatio imperii longa[m] fuit usque ad Henricum de Lucimburgo, sed reges fuerunt sine corona imperii.

14. Rodulfus rex.

15. Adulfus rex.

16. Adalbertus rex.

64 315

de domo comitum Lavagne de Fischo

65 316

et fertur quod in quodam consilio tante audacie fuit quidam cremonensis, quem et plures alios consuleba<n>t, nomine dominus Cremosanus de Picenis, iuris peritus et valde in iure expertus, quod dixit: «Imperator, si maior vobis reperieretur in orbe terrarum rationabiliter faceret vobis caput amputari», reprehendendo eum de eo quod ab exercitu receserat.

66 317

secum etiam capti fuerunt de melioribus et nobilioribus Cremona III centum milites et ultra ³¹⁸.

67 319

³¹⁵ In IV,98,36, dopo «ianuensis»; ci si riferisce ad Innocenzo IV.

³¹⁶ Dopo IV,98,41; ci si riferisce alla fuga di Federico dalla sconfitta subita a Vittoria nel 1248.

³¹⁷ Dopo IV,98,42; ci si riferisce alla cattura di Enzo, figlio di Federico, nel 1249.

³¹⁸ Duecento per gli *An. Cr.* 18,18.

Per id tempus MCCLI³²⁰ populus Placentinus furore ceco contra suos milites concitatus auxilium Cremonensium imploravit, et expulsis militibus Ubertum Pelavicinum in suam perniciem eligerunt in suum dominum et rectorem³²¹.

68 322*De prelio inter Cremonenses et Parmenses apud portas Parme*

Anno Christi MCCL ...³²³ grande et crudele prelum fuit apud portas civitatis Parme inter Parmenses ex una parte et Cremonenses ex altera, existente Cremonensium duce Uberto marchione de Pellavecinis ipsius civitatis Cremone per tyranidem domino. Et ante quam hoc bellum fuisse per medium annum fertur quod dominus marchio in quodam magno Cremonensium arengo dixit: «Nostre intencionis est apud portas Parme vendicare cum Cremonensibus nostris iniuriam domino nostro Federico imperatori et Cremonensibus apud Victoriam illactam. Quapropter ex nunc Parmensibus indicimus libellum, et quod tali mense et die tali erimus apud eorum civitatis portas, et si qui eorum exsploratores intersint certissime eis referant quod relata vera apparebunt, et quod ex nunc se muniant necessariis ad pugnandum». Adveniente destinato die,

319 Dopo IV,98,45.

320 In realtà Uberto diviene podestà di Piacenza nel 1253, e signore l'anno successivo.

321 Cf. MUSSI 466.

322 Dopo IV,99,4.

323 Lacuna.

cum universa milicia et populo Cremonensi fiunt ut predixerat ad portas et civitatis fossas, et ante quam Parmenses civitatem deliberato consilio exirent contra Cremonenses ad bellum, quidam nobilis et potens milex de Parma consuluit, quia Cremonenses et numero et armorum viribus ac experientia credebat ac potiores, non pugnandum secum fore. Ex adverso quidam de populo artista consuluit pugnam illico adsumendam et tamen nobilis inquit: «Ex nunc tu de populo fugam cogitasti, ego autem pro patria totis viribus pugnaturus mortis periculum». Et acciderunt que dixit nobilis, quia popularis aripuit incontinenti fugam ante quam inceptam pugnam videret; nobilis viriliter pugnando pro patria cesus remansit in prelio. Hoc prelum apud portas civitatis Parme non minus durum quam crudele fuit. In fine Parmenses Cremonensium potentiam et virtutem substinere nequeentes terga vertunt, circumquaque eorum civitatem occiduntur, capiuntur, innumeres mortui et capti fuerunt. Quasi quod incredibile videretur et capti cum eorum auro ad prelum de civitate per ipsos extracto et vecto, suppositis prius eorum vilis circumstantibus ruine igni et ferro, Cremonam ducti trusi et cumpediti fuerunt³²⁴. Et de facta inter dictas civitates pace, Parmenses Cremonensibus restituerunt eorum karocium quod vocabatur ‘spacacampum’³²⁵, in Victoria deperditum³²⁶, et Cremonenses simile Parmensis fece-

³²⁴ Cf. *Chr. Parm.* 19,24-30: «Item eodem anno Parmenses fuerunt sconficii juxta civitatem per Cremonenses et Parmenses extrinsecos partis imperij, qui erant numero tria milia inter milites et pedites, et multi ex Parmensisibus neccati fuerunt in foveis civitatis; et fuerunt Parmenses ducti captivi in Cremonam numero mille quinginti septuaginta quinque; mortui vero innumerabiles; et carocium Parmensium nomine Blocardum, quod Parmenses secum duxerant, acceptum fuit per Cremonenses et ductum Cremonam. Et predicta fuerunt die jovis decimo octavo intrantis augusti, unde vocatus fuit postea in Parma dies ille ad memoriam *la mala çobia* ».

³²⁵ «Berta» secondo il *Chr. Est.* 45,16; «Gayardus» secondo il *Chr. Parm.* 38,32. Sul carroccio in generale, con non pochi rimandi a Cremona, H. ZUG TUCCI *Il carroccio nella vita comunale italiana* QuF 65 (1985) 1-104.

³²⁶ Cf. *Chr. Est.* 45,17-18. La restituzione vicendevole avviene nel 1281, cf. *Chr. Parm.* 38,25-43.

runt. Multi enim Cremonenses qui iuraverant perpetuo portare barbas et capilos longos ad modum Grecorum donec per prelum vendicata esset iniuria Victorie, post prelum in triunpho super carocium Parmensium barbas abradi et capilos more solito incidi fecerunt. Cum altercatio esset qui egregie magis in prelio se exercuisserent et quidam milites, quidam populum Cremonensium referebant, sed licet milites viriliter ac fortiter pugnaverint, quia populus circa carocium eorum conglobatus in unum strictissime et ordinate existentes irruit contra hostes et optentum fuit in illo inspectu quem Parmenses minime substinere valuerunt, magis populo quam milicie atributa fuit victoris gloria.

69 327

et ducitur in castrum Soncini episcopatus Cremonae.

70 328

nisi in tacta, quod, ut asserunt multi sapientes, etiam Silla et Nerone crudelior et imanior fuit. Illi enim etati et sexui parcebant; iste autem non alia etiam ratione moti; quia in iuvenili etate Silla consulatum, Nero principatum asumpserunt; quia Nero in quatuordecimo anno nundum completo imperare cepit, usque ad trigessimum secundum etatis sue annum, quo se gladio transfixit³²⁹.

³²⁷ In IV,99,13 dopo «in capite»; ci si riferisce alla cattura di Ezzelino.

³²⁸ Dopo IV,99,14, dopo «Horreo multitudine et magnitudine truculentie eius de ipso amplius scribere victus mole inmanitatis illius»; si tratta naturalmente di Ezzelino.

³²⁹ Dati derivati per Silla da *Pomerium III,189,I* (dove Silla console vien detto «iuvenis»), e per Nerone da IV,5,1 (ma faintendendo completamente il riccobaldiano «Non plenis annis XIIIII imperavit») e 28.

Hic vero abhominandus et maledictus tyranus immatura etate et non exardesente iuvenili calore suam tyranidem laniavit.

71 330

et cum aliqui ante dpcionem seminarum inopiam asignarent, ut dicitur, uxorem illius illus politus fuit et filias, ac volentibus mulieribus tradidit. Sed nullus fuit hoc appeteret, et illico dpcione castri facta.

72 331

Ab oriente enim cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperii versus occidentem comam perlucidam protrahebat, et licet in diversis partibus mundi forte multa significaverit, hec tam pro certo conpertum est unum: ut cum plus quam per tres menses duraverit, ipsa primo apparente, papa Urbanus Quartus, qui Karulo comiti Provincie fratri regis Francie regnum Sicilie contulit, ut a Mamfredu detentore recuperaretur, cepit incontinenti infirmari, et eadem nocte qua papa expiravit et cometes disparuit 332.

73 333

*Qualiter Ubertus Pelavicinus marchio recedit de Cremona et de
ipsius et Bosii malis*

330 In IV,99,15 dopo «Alberico», da Romano.

331 Dopo IV,99,28; ci si riferisce ad una cometa apparsa per Riccobaldo nel settembre 1265, ma per MARTIN. nel 1264.

332 MARTIN. 473,26-28.

333 Dopo IV,99,29.

1. Anno Christi MCCLXVI cum invidia cresceret inter Ubertum Pelavecinum marchionum (!) tyranum in Cremona et Bosium de Dovaria civem cremonensem nobilem ditissimum, sive quia perpenderat Bosius, ut aseritur, mortis insidias sibi inpositas ab Uberto, prelibatus Ubertus Bosius iniunxit Uberto prelibato ut de Cremona recederet. Cui contradictione ausus non fuit propter Bosii potentiam ³³⁴. Sed ei in recessu dixit: «Recedo, sed tu post me parum remanebis». Regnaverat autem Ubertus et crudelissime per tyranidem ante eius recessum XVIII annis. Huius tyrania hoc modo incepit: quia cum Cremonenses divisi inter se essent, et partim adhererent ecclesie, et partim imperio, qui adhreibant Romane ecclesie procuraverunt Ubertum marchionem elegi in potestatem Cremone. Deinde cum ipse regeret spiritu diabolico motus, videns divisiones que inter cives erant, exarsit in tyraniam civitatis, et primo persuasit illis qui ellegi cum ³³⁵ procuraverant ut ad tyraniam adsentirent. Et quia responsum congruum eidem non dederant, asserentes quod incomodum patrie pati non possunt, tunc tanquam cautus demon respondit illis: «Bene de vobis est quod credebam et semper credam; michi assertum erat coniura[ti]onem in detrimentum patrie vestre et conspirationem per vos inceptam; sed hoc non credo nec credam, imo vos perpetuo legales et bonos reputabo cives». Hoc peracto secrete misit pro adversis, et, expositis que voluit et credidit, ad rem de qua agebat pertinere eidem assensum prebuerunt. Tunc ipse in quodam magno consilio congregato, ubi multa naraverat de discordia civium sedanda, reminiscens quod

³³⁴ Molto più semplicemente secondo il *Chr. Parm.* 25,27-28: «Item eo anno dominus Ubertus Pelavicinus, dominus et potestas Cremonae, fuit expulsus de ipso dominio per dominum Boxium de Dovaria, et ivit Burgum sancti Donini».

³³⁵ Per «eum»?

omnia mala exempla ex bonis iniciis orta sunt, sub velamine pacis et concordie et ut cives melius ad unionem solito more artarentur, secundus quod cum ascientibus fuerat concors, utriusque partis maiores et nobiliores convocari fecit et in cameram palacii retrudi, quibus omnibus confines adsignavit ad tempus in diversis locis, et ecclesie adherencium aliquos in castro Sancti Evasii captivos misit. Quos postea Innocencius IIII summus pontifex de avere ecclesie Romane redemit de carceribus pro XIII milibus florenorum auri. Illico pro illis qui ei ad tyraniam assenserant misit ut Cremonam redirent.

2. O quanta mala abhominanda et enormia per totam Lombardiam ex istius tyrania proceserunt! Regnavit enim non solum in Cremona, sed in Brixia, Mediolano, Papia, Terdona, et fere per totam Lombardiam³³⁶. Sed maxima (!?) istarum civitatum dominium habuit. Hic tyranus crudelissimus fuit, et maxime contra fideles ecclesie, illos quos de parte ecclesie exterminaverat de Cremona, et contra eorum amicos et propinquos, qui fuerunt multi, et contra eos iniquam legem condidit, quod si qui reperiri possent pro illa parte ecclesie expulsi quod infra terciam diem decapitaretur. Cuius legis penam in statutis Cremone inventam contra eos. Illi de parte ecclesie quando in Cremonam reddierunt secundum quod scripta erant decreta confirmarunt, ex qua innumeros fuerunt in posterum decapitati de parte marchionis catolicos sacerdotes et clericos. Sine timore ecclesiastice legis occidebat ut laycos etiam crimine non conpero.

3. Crudelem mortem, quam audire horendum est, multos insonites amicos extrinsecorum, ecclesie fidelium pati fecit, quos possuit in

³³⁶ Cf. *An. Plac. Gib.* 531,48-53; 532,1-10; MUSSI 476. Per alcune lucide indicazioni sull’“esperimento” del Pelavicino vedi ancora C. G. MOR «Dominus Eccerinus». *Aspetti di una forma presignorile* in *Studi ezzeliniani* Roma, Ist. St. It. per il M. E. 1963 (Studi storici 45-47) 100-01, 114.

vegitibus parvis circumquaque plenis rasoibus acutissimis et subtiliter incidentibus quorum carnes, cum per civitate<m> veherentur seu spi<n>gerentur per foramina in ipsis facta minutissime caderant, quos ad palos in platea vinctos iaculati a multis iaculatoribus faciebat. Sacerdotes in platea posuit in parolis magnis oleo plenis, usque ad caput in oleo existentes derisorie, asserens quod eorum clericas non ledebat, cum capitum sumitatem oleum non attingebat. Quos in dictis parolis ignis calore coquebat et eorum carnes consumabat. Capita multis nobilibus et maxime in Cremona et Brixia amputari fecit insolentibus. In Cremona, que tunc temporis erat altissimis turibus plena et nobilissimis palaciis et meniis, que quasi propter tures ventus quodam videbatur, ipsas tures, palacia, menia que erant extrinsecorum ecclesie fidelium dirrui fecit. Fere omnia castra Brisiensium et maxime super riveriam Olei, Quinçanum, Iurcium, Pontevicum, Canetum corru fecit, timore ne contra ipsum rebellarentur. Extrinseci cum reddierunt eodem modo tress, palacia et menia que remanserant in Cremona illorum qui erant de parte imperii destruxerunt, que fuerunt inter tress et palacia ab utraque parte dirupta ultra DC nobilissima et altissima, quas in Romana urbe ex pulcritudine fuisse decuisse. Sed in Lombardia tyranus Ubertus primus fuit qui domos prohicere cepit.

4. Iste infidelis tyranus publice in civitate Cremone in hodum ecclesie Romane et propter pecuniam quam a gaceris extorquebat hereticam pravitatem, et ipsius pravitatis falsa et abhorenda ac nefanda documenta in multis partibus et sinagogis ad hoc expense deputatis predicari permitebat: ibi enim [in] infiniti patarini erant, et suas continuas mansiones habebant: ibi per totum orbem sese ad eorum enormia conveniebant concilia.

5. Post calamitates et crudelitates tyrani Uberti sedatas ex eius expulsione, in tyranidem eodem Bosio de Dovaria prelibato regnante,

sanctissimus summus pontifex Clemens Quartus anno sequente MCCLXVII extrinsecis Cremonensibus ecclesie devotis providere deliberavit: misit enim ecclesia in Cremona pro legato venerabilem virum dominum Bernardum de Castegneto, sapientissimum et expertum in moribus, equitate et iusticia. Cuius experienciam, legalitatem ac fortitudinem et probitatem inane multi temptati fuerunt ut timore vel cupiditate corunperet, qui extrinsecos Cremone contra voluntatem Bosii per pacem reverti fecit in Cremona³³⁷. Deinde primo per confinia, subsequenter per banna, exterminatis de Cremona Bosio eiusque factoribus, ac ipsi et prelibato Uberto tyrano adherentibus, qui fuerunt ultra octo vel X milia inter confinatos ad banitos ad mortem pro rebellibus et proditoribus patrie, exterminatisque etiam gacaris et patarinis qui ibi erant, et igne quam multis consumptis, quievit civitas Cremone in pace quadraginta et quinque annis, usque ad eventum domini Henrici de Lucinburgo imperatoris, qui intravit anno MCCCX.

6. Bosius de Dovaria predictus, post ipsius expulsionem et partis sue, intravit rocham que sita erat apud flumen Olei³³⁸, quam antea edificari fecerat, que erat forcitus castrum in plano quam quasi in universo mundo inveniri potuisse, et in ea octo centum stipendiarios milites habuit, IIII^c ad eius stipendum, et IIII^c ad stipendum domini Alberti de la Scala de Verona.

7. Cremonenses, Brisienses et Parmenses fuerunt in obscidione ipsius roche³³⁹.

³³⁷ Conferma *An. Cr.* 20,14-17.

³³⁸ Cf. *Chr. Parm.* 26,3-5: «Cremonenses vero firmaverunt exercitum ad rocham dicti domini Boxii, quam habebat apud Olium, cum talia militum de Parma».

³³⁹ Cf. *An. Cr.* 20,22-30; MALVEZZI 945: «... Boso de Dovaria, sibique adhaerentes Gibellini in Tezolis se communierunt. Boso tamen illinc discedens cum multis ad arcem suam fortem in litore Olii sitam se contulit. Adversus quem Guelfi Cremonae mox exercitum statuentes, tribus mensibus eam arcem obsederunt».

8. In fine propter obscidionem eam admisit³⁴⁰, deinde intravit castrum Soncini et maximam gueram Cremonensibus fecit. Cremoneses ipsum castrum recuperaverunt³⁴¹ propter dominum Venturinum de Fondulis de Soncino nobilem magnum, qui eum castrum Cremonensibus dedit³⁴². In fine consumatus fuit Bosius predictus et omnis de eius domo, que erat nobilis et potentissima diviciis et amicis, et exules steterunt una cum ipsis adherentibus, banitis et confinatis usque ad MCCCXI die lune XVI aprilis, quo tempore dominus Henricus de Lucinburgo imperator venit in Cremona³⁴³. Duo prelia fuerunt inter Bosium et Cremonenses: in

³⁴⁰ Il 24 luglio 1269 per gli *An. Cr.* 21,1-3; il 25 per gli *An. Plac. Gib.* 533,15-29; MALVEZZI 946: «Cremonenses quoque arcem expugnantes, ubi Boso de Dovaria se communiverat, tunc mox ille discedentes cum omni suo exercitu ad propria remearunt».

³⁴¹ Cf. MALVEZZI 953: «Tunc Boso de Dovaria Cremona expulsus cum amicis suis Suncinum ingressus est. Qui mox bellum adversus Guelfos, et populum civitatis Cremonae parans, nuntios Mediolanum misit, obsecrans ut sibi auxilium ferrent. At Marchio nihil moratus cum exercitu Mediolanensem, Alexandrinorum, Papiensem et Novariensem, multarumque aliarum gentium, in eius auxilium Suncinum properavit. Brixiani autem praesides talia audientes, statim electorum virorum aciem Cremonam direxerunt. Pari modo et aliae Guelforum civitates in eorum subsidium adventarunt. Quae cum Marchioni perlata essent, Mediolanum illico cum omni suo exercitu repedavit anno MCCLXXXIII. Et hoc quidem anno Suncinum a Cremonensibus captum est».

³⁴² Qui si concentrano fatti cronologicamente lontani: la ripresa di Soncino ad opera di Venturino Fonduli e del marzo 1312 (BEZANI 81): «Anno Domini supradicto, die XVI martii dominus Guilielmus de Cavalcabobus cum domino Venturino et duobus suis filiis de Fonduliis de Soncino et cum certis aliis militibus Cremonae intraverunt castrum Soncini, et facto introitu, et ex quadam tractatu illi de Barbobus fecerunt asentire domino imperatori...». Gasapino dimentica di aggiungere che Soncino fu subito ripreso dagli imperiali ed il Fondulo ed i suoi figli martoriati.

³⁴³ Cf. BEZANI 63: «Anno vero supradicto, scilicet MCCLXXXI, indictione X, die veneris penultimo ianuarii dominus Bosius de Dovaria, civis et nobilis civitatis Cremonae, qui erat capitaneus Guibelinorum, qui dicebantur Tronchazufi, dicte civitatis et expulsus a dominatu et regimine dicte civitatis per partem Guelfam, que appellabatur pars Capeleta, intravit castrum Soncini diocesis dicte civitatis, expulsis inde totis Guelfis. Et eodem millesimo die lune secundo Febr. intravit castrum Romenghi dicte diocesis et fecit maximam guerram predice Cremonae. Anno vero MCCLXXXII dictus dominus Bosius expulsus fuit de dictis castris, et sic dicta castra venerunt ad mandata communis Cremonae. Et sic dominium civitatis Cremonae remansit in manibus Guelforum Cremonae usque ad adventum domini Henrici imperatoris».

³⁴⁴ Cf. BEZANI 63: «Anno vero supradicto, scilicet MCCLXXXI, indictione X, die veneris penultimo ianuarii dominus Bosius de Dovaria, civis et nobilis civitatis Cremonae,

uno Bosius obtinuit apud ...³⁴⁵, in alio Cremonenses apud Sanctum Johannem in Deserto districtus Cremone ubi dicitur Pons Male Mortis ea occasione.

74 346

Eo anno Amatus de Amatis cum fidelibus ecclesie Capeletis, eius complicibus de Cremona, venerabili patre domino Bernardo de Castegneto legato domini pape Clementis III et ecclesie Romane hoc agente, in urbe Cremone per pacem recepti sunt. Et Bosius de Dovaria alterius partis, que erat imperii, princeps cum suis complicibus et amicis postea Trunchaçufis seu Barbarasis nominatis³⁴⁷, eius legati opera expellitur de Cremona, et hoc fuit primo leviter et per confinia, secundario per banna mense februarii, ut de hac materia ple-

qui erat capitaneus Guibelinorum, qui dicebantur Tronchazufi, dicte civitatis et expulsus a dominatu et regimine dicte civitatis per partem Guelfam, que appellabatur pars Capeleta, intravit castrum Soncini diocesis dicte civitatis, expulsis inde totis Guelfis. Et eodem millesimo die lune secundo Febr. intravit castrum Romenghi dicte diocesis et fecit maximam guerram predicte Cremone. Anno vero MCCLXXXII dictus dominus Bosius expulsus fuit de dictis castris, et sic dicta castra venerunt ad mandata communis Cremone. Et sic dominium civitatis Cremone remansit in manibus Guelforum Cremone usque ad adventum domini Henrici imperatoris».

³⁴⁵ Lacuna.

³⁴⁶ In IV,99,35 al posto di «Eo anno Amatinus de Amatis cum complicibus Cremone, legato agente, in urbe Cremona pace recepti sunt. Et Bosius de Dovaria alterius partis princeps cum suis, eius legati opera, expulti sunt mense februarii»; l'anno è il 1267.

³⁴⁷ Cf. *An. Cr.* 20,17-20; *An. Plac. Gib.* 540,54; *Chr. Parm.* 25,36-26,3: «Item eodem tempore... auditum fuit quod dominus Boxius de Dovaria, qui exiverat de Cremona cum multis aliis, et volebat venire Cremonam et intrare per forciam et exinde expellere legatum, qui ibi erat pro ecclesia romana et qui fecerat fieri pacem inter Cremonenses intrinsecos et extrinsecos, et redierant Capeletos in Cremonam et Insutos de Placentia. Eodem anno potestas Parme et milites omnes, dimisso populo cum militibus Mutinensibus et Reginis redire Parma a dicto obscedio et eos asociatos usque citra flumen Taronis, equitaverunt Cremonam incontinenti et festinanter quam citius potuerunt; et omnes de parte domini Boxii de Dovaria expulerunt et domos eorum fonditus diruerunt». Gli *An. Plac. Gib.* 499,22 parlano già della fazione dei Barbarasi nel 1250, comprendente ben due mila «socii».

nus dicitur supra proxime qualiter Ubertus Pelavecinus expellitur de Cremona et cetera³⁴⁸.

75 349

expensis autem et opera communis Pisarum. Conradus permotus transitum ullum fecit et, ut certum est, Pisani expemididerunt ad conducendum eum usque Papiam quatuor centum milia florinorum auri de Pisis, usque Piscis centum quinquaginta milia florinorum, de Pissis usque ad diem sue mortis dederunt ei mille milites, quos acceperunt ad eorum stipendium, et ultra hoc eorum expensis dederunt ei in mari centum galeas peroptime hominibus et aliis neccessariis munitas.

76 350

Sed bene verum est Clementem papam tunc Karolo respondisse vel scripsisse: «De Conradino nequicie filio vindictam non querimus, neque iusticiam denegamus»³⁵¹.

77 352

Anno Christi MCCLXXXI Martinus III<I> papa sedit annis IIII et ultra; hic bello afluxit in Romaniola gibellinos³⁵³.

348 Vedi *supra* 73,5-8.

349 Dopo IV,99,37; ci si riferisce a Corradino di Svevia; l'anno è il 1268.

350 Dopo IV,99,44; ci si riferisce alla diceria secondo cui il pontefice ed i cardinali avevano decretato la cattura e carcerazione di Corradino..

351 Non mi è riuscito ritrovare questa lettera, se di lettera si tratta.

352 Dopo IV,100,20.

78 354

Proprios reditus et communis Tervisii expendebat largiflue cum civibus et nobilibus ad ipsum quacunque parte currentibus. Cum ipso cives ditabantur. Luxurie vicium cum mulieribus habuit. Partis ecclesie sive gelfe in Marchia Tervisina princeps et caput fuit.

79 355

Et eo anno Ianuensis clasis apud portum Pisanum Pisanorum clasem dissipat, in quo prelio XIII milia hominum capta, III milia necata³⁵⁶.

80 357

et Petrus rex Aragonum eo anno moritur³⁵⁸.

81 359

et magister generalis ordinis³⁶⁰

³⁵³ Cf. *Compilatio* 252: «Martinus Quartus papa sedit annis IV et ultra: hic bello afflixit in Romaniola Gibellinos».

³⁵⁴ Dopo IV,100,25; ci si riferisce a Gherardo da Camino.

³⁵⁵ Dopo IV,100,28; l'anno è il 1284.

³⁵⁶ Cf. *Compilatio* 252: «Genuensis classis apud portum Pisanum classem Pisanorum dissipat, XIV millia hominum capta, III millia necata»; *Compendium* 744: «Anno MCCLXXXIII Pisani exercitus navalì mari Pisano a Genuensibus superatus est, XIII milia capti et adducti in carcerem, III milia vero ferro perierunt et undis».

³⁵⁷ Dopo IV,100,31; l'anno è il 1286.

³⁵⁸ Cf. *Compilatio* 252: «Petrus rex Aragonum eo anno moritur».

³⁵⁹ Dopo IV,100,32; ci si riferisce a Niccolò IV, dopo «ordine Minorum».

82 361

et ipsi papatui renunciavit

83 362

huic parere contempsit Adalbertus dux Austrie, filius Rodulphi condam regis Germanorum, et cum ad pugnam campestrem rex et dux convenissent rex fortiter pugnando occiditur; dux fuit superstes 363.

84 364

Cremonensibus subsidio

85 365

sine aliqua lexione.

360 Cf. *Compilatio* 252: «hic fuit minister generalis Minorum».

361 In IV,100,42 dopo «abdicavit»; ci si riferisce a Celestino V.

362 In IV,101,1 dopo «eligitur»; ci si riferisce ad Adolfo di Nassau, eletto imperatore.

363 Cf. *Compilatio* 253: «Adulphus genere germanus rex Germaniae ordinatur, huic parere contempsit Adalbertus dux Austrie, filius Rodulphi quondam regis Germaniae. Cum ad pugnam campestrem rex et dux convenissent, rex fortiter pugnando cecidit. Dux fuit superstes»; *Compendium* 748 più largamente.

364 In IV,101,2 dopo «Bononiam»; ci si riferisce ad Azzo VII d'Este che nel 1286 assedia Bologna.

365 In IV,101,2 alla fine, dopo «abeuntibus cum equis et armis obsessis».

86 366

Stela cometes versus occidens sparsis crinibus aparuit mense septembri, que diu per celum eravit 367.

87 368

1. Eo anno misit in Ytaliam papa Bonefacius Karolem fratrem regis Francie. Fama fuit quod ex iusu pape composite^r pacis civitatibus habentibus extra civitatem exules cives. Venit itaque Florenciam ut pacis compositor, ab imprudenti vulgo statim receptus. Protinus exules gelfi de parte que nigrorum dicitur sunt secuti, invitis guelfis blanchis, ingressi sunt eam urbem. Karolus non obsistit; post modicum tempus blanchi damnantur, reliqui remanserunt 369.

2. Eo anno rex Francie Philipus copiosum exercitum duxit in Flandriam. Flandrenses cautellis et artibus magis quam viribus regi et suis cladem maximam intulerunt: innumeri equites et proceres

366 In App. 4,8, dopo «ante id tempus»; l'anno è il 1300.

367 Cf. *Compilatio* 254: «Stella cometes versus Occidentem sparsis crinibus apparuit mense decembri, quea diu per coelum erravit»; *Compendium* 754: «Stella cometa mense septembris apparuit, crinibus sparsis que per celum erravit ut vidi».

368 Alla fine del libro IV; l'anno è il 1300.

369 Cf. *Compilatio* 254: «Misit in Italiam papa Bonifacius Karolum fratrem regis Franciae. Fama fuit, quod ex iusu papae veniret compositor pacis civitatibus habentibus exules cives. Venit itaque Florentiam, ut pacis compositor, ab imprudenti vulgo statim receptus protinus exules Guelfi de parte, que Nigrorum dicitur sunt secuti, invitis Guelfis Blanchis, ingressi sunt eam urbem. Karolus non obsistit. Post modicum tempus Blanchi eliminantur, reliqui remanserunt»; *Compendium* 754: «Bonifacius papa Karrolum fratrem regis Francie in Italiam misit. Fama fuit quod ex iusu pape compositor pacis erat in quibuscumque urbibus que cives exules ex suis haberent. Itaque venit Florentiam; ut pacis compositor receptus est gaudenter a vulgo imprudenti. Confestim exules Guelfi de factione que dicitur Nigrorum secuti sunt eum et invitis Guelfis Blanchis qui erant in urbe ingressi sunt civitatem. Cum diceretur Karrolo quomodo id eveniret, ait: "Non est michi iurisdictio quid cuiquam prohibere", nil obstitit. Post dies paucos Blanchi expulsi sunt ea urbe; eorum adversarii qui venerant ibi principati sunt».

Francorum perierunt, incaute precipitati in foveas instructas, valatas cespibus³⁷⁰.

3. Anno Christi MCCCIII Tartari Syriam secundo ingressi eam ad votum populati sunt, mox inde ingressi sunt. Eo anno terremotus in Creta per maximus adeo percusit ut aquas maris impulerat in civitatem Candiam, tanto impetu quod omnia edificia stravit, omnes homines fere occidit; mox adeo recessit mare ex portu urbis, ut ubi aqua profunda erat tunc nulla viderentur; arene fundi maris tunc oculis patuerunt. Totus sinus Adriaticus concussus est eodem terremotu³⁷¹.

4. Eo anno Bonifacius papa in Agnania eius patria studio regis Francie Philipi fuit captus; post paucos dies laxatus est, inde Romam venit. Propter illam iniuriam tabescens animo moritur apud Sanctum Petrum, et sepellitur in ecclesia sepulcro sumptuoso quod sibi paraverat³⁷².

³⁷⁰ Cf. *Compilatio* 254: «Rex Franciae Philippus copiosum exercitum duxit in Flandriam callidis artibus magis, quam viribus. Flandrenses regi et suis cladem maximam intulerunt.

Innumeri equites, et proceres Francorum perierunt incaute precipitati in foveas instructas velatas cespibus»; *Compendium* 754: «Rex Francie Philippus filius copiosum exercitum in Flandriam duxit, qui callidis artibus magis quam viribus regis exercitui cladem maximam intulerunt. Innumeri proceres et equites Franci perierunt, incaute precipitati in foveas a Flandrensis instructas velatas cespibus».

³⁷¹ Cf. *Compilatio* 254: «Tartari Syriam secundo ingressi eam ad votum populati sunt, mox inde ingressi sunt.

Terremotus in Creta per maximus adeo concussit, ut aqua maris impulerit in civitatem Candiam tanto impetu, quod omnia edificia stravit, omnes homines fere occidit; mox adeo recessit mare ex portu urbis, ut ubi aqua profunda erat, tunc nulla viderentur. Arenae fundi maris oculis hominum patuerunt.

Etiam totus sinus Adriaticus concussus est terrae motu eodem»; *Compendium* 754-55, sui Tartari ha tutt'altra movenza; poi prosegue: «Anno MCCCII terremotus maximi in Creta; mare adeo concussum est ut aquas maris impulerit in civitatem Candiam tanto impetu ut omnia straverit et homines fere omnes occiderit. Mox adeo retrocesserunt aque maris ex portu illo ut ubi aqua profunda erat nulla esset, sed harene fundi oculis hominum patuerunt aperte; concussit etiam terremotus ille totum Adriatici maris sinum».

³⁷² Cf. *Compilatio* 254: «Bonifacius papa in Agnania eius patria studio regis Franciae Philippi captus fuit, post paucos dies laxatus est, inde Romam venit, propter illatam iniuriam tabescens animo moritur, apud Sanctum Petrum sepelitur in ecclesia sepulchro

5. Benedictus XI papa ordinatur, qui sedit mensibus VIII vel id circiter. Hic legatum ex latere misit in Tuscia<m> ad eam placandam. Cum per lega[n]tum pax facta videretur, subito est pax resissa fraude Florentinorum quibus pax ipsa odiosa erat. Inde papa extinguitur inposito adamante in ficu una ex illis que sibi apposite fuerant, quibus avide vescebatur. Vacatio sedis apostolice fuit in annum sequente<m> ³⁷³.

6. Eo anno bellant Paduani et Venetos propter salinas quas fieri inpediebant Veneti territorio Paduano sitas iuxta maris lacunas ³⁷⁴.

7. Eo anno Clemens V papa ordinatur in Guasconia. Hic archiepiscopus Burdulensis, natione Guasconus, assumpto papatus officio, ad se vocat cardinales, et curiam duos cardinales de Columpna exauktoratos olim per papam Bonifacium prestine restituit dignitati ³⁷⁵. Concilium vocavit Vienam. Templariorum ordinem irritavit ³⁷⁶.

sumptuose, quod sibi paraverat»; *Compendium* 755: «Bonifacius papa anno MCCCIII in patria sua Agnania studio Phylippi regis Francie captus fuit ut supra scripsi. Post paucos dies laxatus venit Romam, mansit apud Sanctum Petrum; post modico tempore tabescens animo propter illatam iniuriam moritur, sepelitur apud ecclesiam Beati Petri in sumptuoso sepulcro quod sibi iam dudum paraverat».

³⁷³ Cf. *Compilatio* 254: «Benedictus XI papa ordinatur, qui sedit mensibus IX vel id circiter: hic legatum ex latere misit in Thusciam ad crucem predicandam.

Cum per legatum pax facta videretur, subito est rescissa fraude Florentinorum, quibus pax ipsa odiosa erat.

Idem papa extinguitur imposito adamante in ficu una ex illis, quae sibi apposita fuerant, quibus avide vescebatur. Vacatio apostolice sedis fuit in annum sequentem»; *Compilatio* 755: «Hic ex latere suo misit legatum in Tusciā ad componendum in ea. Cum per legatum pax facta videretur, subito est rescissa, ut dicitur fraude Florentinorum quibus pax odio erat. Idem papa extinctus est imposito adamante in ficu una ex illis que apposite fuerunt. Hanc necis machinationem struxisse Florentinos plurimorum est opinio. Vacatio sedis apostolice longa mox fuit».

³⁷⁴ Cf. *Compilatio* 254: «Bellant Paduani cum Venetis propter salinas, quas fieri inpediebant Veneti territorio Paduano sitas, iuxta maris lacunas».

³⁷⁵ Cf. *Chr. Parm.* 93,21-24: «Item eodem tempore prefatus dominus Clemens papa quintus restituit dominos Petrum et Jacobum de Columpna olim cardinales, quos cardinalatu privaverat et excommunicaverat supradictus dominus Bonifacius papa, ad ipsum

8. Eo tempore Pistorium diu obscesum a Florentinis et Lucensibus, tandem, cum fame pene deperirent cives, per dedicionem habetur; que obscesio incepit die VI madii, et duravit usque ad V diem aprilis. Menia dirupta sunt tota; exules inducti; exterminati sunt alii³⁷⁷.

9. Eo anno adversus Matheum Vicecomitem tyranum Mediolani Cremonenses, Placentini, Papienses, Vercellenses, Novarienses, Laudenses inierunt societatem belli, duce belli Alberto de Scotis placentino; in quo exercitu contra Matheum erant belli proceres Philipponus de Langusco comes et Antonius de Fisiraga laudensis, quia pertensem erat eos, potencie illius Mathei sibi formidulosi - erant itaque populi et milites ipsarum civitatum, quarum plurimum multitudine gencium, copiosi -, et convinctis sibi illis de la Ture, qui eo tempore exulabant in agrum Mediolanensium ibi, ubi dicitur Melcium, prelibatum duxerunt exercitum. Sed cum Matheo erant CCC milites Parme. Temptatum est de pace; actum est demum ut Mapheus desineretur principari, et reciperet exules. Confestim illi de la Ture favore predictorum Philipponi et Amtonii nec non quam plurium nobilium exercitus et maxime domini Henrici de Modoecia et amicorum suorum, qui etiam exul estiterat, contra nobilium Mediolani voluntatem, qui appellantur captanei et valvaxores, Mediolani irruunt, civitatem occupant, Matheo exule. Hoc

officium et dignitatem cardinalatus, et ipsos absolvit, et ad amorem suum et romane ecclesie in omnibus restituit et reduxit».

³⁷⁶ Cf. *Compilatio* 254: «Clemens V papa ordinatur in Guasconia manens; hic archiepiscopus Burdensis natione Guasconus, assumpto papatus officio, ad se vocavit cardinales et curiam, duos cardinales de Columna exauktoratos olim per papam Bonifacium pristinæ restituit dignitati; Concilium vocavit Viennam, Templariorum ordinem irritavit»; *Compendium* 756-57, ben diversamente.

³⁷⁷ Cf. *Compilatio* 255: «Pistorium diu obsessum a Florentinis et Lucensibus, tandem cum fame pene deperirent cives, per dedicionem habent. Moenia diruta sunt tota, exules inducti, eliminati sunt alii».

Alberto de Scotis displicuit, sed fraudem emendare non valuit, cum aliis sociis belli placeret 378.

10. Eo anno existente Bernardo de Scotis placentino potestate Mediolani 379, et ipso potestate criminis conscio, coniuratum et conspiratum fuit per amtiquos adversarios illorum de la Ture de occidendo et expellendo eos de civitate. Sed factione prescita opera Alberti de Gandino de Crema iudicis potestatis, illi de la Ture ad arma cucurerunt, et viriliter optimuerunt bellando; ad que Jacobum de Landriano pro illis de la Ture egregie in armis se exercuit.

11. Sequenti anno Matheus Vicecomes congregacione hominum facta, favore Alberti Scoti, qui eidem in quantum poterat favebat, aput Cumas in campo subcubuit, existente tunc Cumarum potestate Martino de la Ture, et Mediolani Pino de Vernaciis de Cremona.

378 Cf. *Compilatio* 255: «Adversus Mafaeum Vicecomitem, populi Mediolani principem, Cremonenses, Placentini, Papienses, et alii populi urbium vicinarum Mediolano inierunt societatem belli, praefecto sibi duce belli Alberto de Scotis placentino, quia pertoesum erat eos potentiae eius Mafaei sibi formidolosi: iunctis sibi illis de Ture, qui eo tempore exulabant, in agrum Mediolanensem copiosum duxerunt exercitum.

Temptatum est de conditionibus pacis, actum est demum, ut Mafaeus desineret principari, et reciperet exules. Confestim Turriani Mediolanum irruunt, civitatem occupant, Mafaeo excluso: hoc Alberto de Scotis displicuit; sed fraudem emendare non valuit, cum aliis sociis belli placeret»; *Compendium* 757: «Adversus Mapheum capitaneum populi Mediolani, Cremonenses, Placentini, Papienses et alii populi urbium vicinarum Mediolano inierunt societatem belli, prefecto sibi duce belli Alberto de Scotis de Placentia, quia horrebant potentiam eius Maphei. Et coniunctis sibi illis de Turre qui eo tempore exulabant, copiosum exercitum duxerunt in agrum Mediolanensem. Temptatum est de conditionibus pacis: actum est demum ut Mapheus desisteret a principari ut hactenus egerat et quod exules redirent in domos. Confestim Turriani irruunt in Mediolanum et occupant civitatem, Mapheo excluso. Hoc displicuit Alberto, sed fraudem emendare nequivit cum aliis sociis belli sic fieri placuerit». Cf. BEZANI 68-69: «Anno vero ab incarnatione Domini MCCCII de mense iunii dominus Matheus de Vicecomitibus deperdidit dominium Mediolani et expulsus fuit cum aliquibus suis propinquis, agnatis ipsis existentibus in exercitu ad partem de Melzo comitatus Mediollani, et tunc nobiles et potentes Lonbarde induxerunt dominos de la Ture, venire et intrare fecerunt civitatem Mediolani; et sic status civitatis Mediolani fuit mutatus»; MUSSI 484-85.

379 Cf. *Chr. Est.* 58,26-27.

12. MCCCCVI Mutine populus tyranidem Aconis Estensis a cervicibus suis iugum servitutis excusit, quadam die mercurii ultimo ianuarii. Sequenti die iovis idem fecit populus Regii, et post triduum arcus que erant in hiis urbibus ad presidium tyranidis servande confestim dirupte sunt a populis avide (!) libertatis³⁸⁰.

13. Eo anno, cum discordia esset inter Placentinos, illi qui appellabantur Bardelorum pars, quibus adherebant gibellini, expellerunt mense madii de Placencia illos de Fontana, et quam multos alios nobiles qui favebant Alberto Scoto exuli³⁸¹. Sed post modicum tempus gibellini exterminaverunt de civitate Bardelorum partem, et quasi omnes gelfos, et fecerunt per titulum abbates de Lancelotum Angulosam, et de Vicecomites de Pelavicinis marchionem, ambo gibellinos.

14. Anno MCCCCX, mense aprilis hora nona diei vel decima fuit solis eclipsis non multum magna³⁸².

15. Hoc anno, ante Henrici imperatoris eventum, dominus Guido de la Ture, tyranus in Mediolano, timens ea que in posterum contingerunt si ipse imperator veniret³⁸³, habuit colloquium cum

³⁸⁰ Cf. *Compilatio* 255: «Mutinae populus tyranidem Azonis Estensis perhorrens, cum omnibus saevus esset atque terribilis, a cervicibus suis iugum servitutis excussit, quo acto, populus Regii idem fecit, postridie arcus, quae in ipsis urbibus erant, ad praesidium servandae tyranidis confestim dirutae sunt a populis avidis libertatis»; *Compendium* 757-58: «Anno Christi MCCCCVI populus Mutinensis tyranidem Azonis Estensis perhorrescens, cum omnibus esset saevus et terribilis, a cervicibus eorum iugum excussit. Eo tempore quo... Sequenti die in urbe Regio cives iugum identidem a cervicibus excuiunt, presidium Azonis extrudunt, et arcem munitissimam diruunt...», per quanto riguarda Reggio con molti altri particolari. Cf. *Chr. Parm.* 93,32-36; *Chr. Est.* 62,21-63,6; BEZANI 69-70.

³⁸¹ Cf. MUSSI 485.

³⁸² *Compilatio* 256: «Mensis aprilis anni sequentis hora nona diei vel decima fuit solis eclipsis non magna»; *Compendium* 762: «Eclipsis solis fuit mense aprilis, hora decima».

³⁸³ Cf. COMPAGNI III,XXV: «... temea di perdere la signoria»; CERMENATE 24: «... dubito ne deteriora sequantur», esclama Guido, ed ancora (26): «... video mortem nostram». nec falsus vates fuit».

magnatibus Lombardie³⁸⁴ volens si potuisset ipsius adventum turbare³⁸⁵. Et omnes invenit concordes, et maxime dominos Philiponem de Langusco tyranum in Papia et Amtonium de Fiseraga tyranum in Laude, quod prorsus venire aserentes comunem oppiniones populorum civitatum Lombardie tanquam Deum in terris eum aspectare, preter dominos Venturinum de Benconibus de Crema, in Crema quasi dominum, et Gullotum Brusatum de Novaria, qui predixerunt, ut postea contingit, mortem gelforum Ytalie, opinioni et voluntati prelibati Guidonis adherentes³⁸⁶. Usque Turinum predicti Philiponus et Amtonius oviam proceserunt honorifice ad susipiendum imperatorem³⁸⁷, qui cum minori comitiva trecentorum militum³⁸⁸ ibi usque profectus fuit tanquam pauper. Omnes Lombardi indubitanter credebant quod esset homo pacificus, iustus, humilis et sanctus, et quod Ytaliam in pace gubernaret. Sed tanquam hypocrita omni die divinis misteriis insistebat, confitebatur sepissime pecata; semel vel bis in septimana assumebat corpus Christi, et omnia alia

³⁸⁴ Cf. CERMENATE 22: «Interim principes guelficae factionis Lombardiae Mediolanum vocati, in aula Guidonis de la Turre convenient, ut super tanto rerum eventu, si fortuna consentiat, aliqua salubri consilio captetur via».

³⁸⁵ Cf. VENTURA 231: «Audiens Guido de Turre, qui tunc capitaneus erat Mediolani, timuit; et congregata multitudine peditum stipendiariorum, quos vidi, voluit occurrere praedicto Henrico. Philippus de Langusco consuluit Guidoni, ne praedicta faceret»; CERMENATE 24: «quid mihi, inquit, cum Henrico illo Theutonico, quem asserunt huc accedere turbare quietum statum meum?».

³⁸⁶ Secondo il CERMENATE 22-24 Filippo di Langosco si pronuncia immediatamente per l'obbedienza piena all'imperatore, Antonio di Fissiraga constata l'incapacità dei convenuti a prendere una qualche decisione e rimanda tutto all'incontro con Enrico VII, Guglielmo Cavalcabò di Cremona e Simone Avvocato di Vercelli si schierano per la resistenza all'imperatore.

³⁸⁷ Cf. CERMENATE 32.

³⁸⁸ Meno di cinquecento secondo CERMENATE 33; MUSSATO I,IX: «inde movit iter trecentis ferme hastatis, peditibusque totidem». Da Asti però il suo seguito si dovrebbe essere arricchito ad opera del marchese di Monferrato Teodoro Paleologo di almeno cinquanta cavalieri e di circa mille fanti (A. A. SETTIA «*Sont inobediens et refusent servir*: il principe e l'esercito nel Monferrato dell'età avignonese, in *Piemonte medievale. Forme del potere e della società* Studi per Giovanni Tabacco, Torino, Einaudi 1985 (Saggi 680) 87).

faciebat ad ponpam ut homines crederent iustum et fidem adhiberent ei ut sine cuiuscunque contradictione inicium asumeret suos contra gelfos prosequendi illicitos motus, ad postulationem Pisanorum et aliorum gebellinorum Ytalie qui causa eius adventus fuerunt et ad hoc ut gelforum Ytalie esset exterminium, et eorum nomen radicitus exturparetur ubique.

De Henrico VI imperatore

16. Emricus VI de Lucimburgo comes Romanorum rex creatus est anno Christi MCCCX. Mense decembri ³⁸⁹. In Ytaliam aplicuit, non cum multis equitibus ³⁹⁰, quia forte erant numero trecentorum. Primo venit Taurinum, mox Ast, deinde Cassalis, postea Vercellis, deinde Novarie, deinde Mediolanum, postea Papiam, ubi stetit per octo dies; deinde redivit Mediolanum ³⁹¹. Et in omnibus civitatibus Ligurie exules reduxit, preter in Alexandria et in civitate Albe et in Pedemonte, que erant dominio regis Roberti ³⁹², quia Henricus VI

³⁸⁹ In realtà fu eletto re dei Germani e dei Romani il 27 novembre 1308, coronato ad Aquisgrana il 6 gennaio 1309, ed a Milano (non a Monza) esattamente l'anno successivo, come si dice più sotto, attribuendo però il fatto al 1311. Ma anche per il Compagni fu coronato in dicembre, proprio il giorno di Natale 1310 (III,XXVI). Giunse a Torino il 30 ottobre 1310 e si mosse da Asti il 12 dicembre, rimase a Vercelli dal 15 al 19, entrò in Milano il 23.

³⁹⁰ Cf. *Compilatio* 257: «Henricus imperator electus mense decembri anno Christi MCCCX in Italia non cum multis venit equitibus...»; *Compendium* 765.

³⁹¹ Delle parole di Gasapino risulterebbe una assurda diversione a Pavia; il COMPAGNI, con ben maggiore credibilità, accenna alla possibilità che si era presentata ad Enrico di andare a Pavia *prima* di recarsi a Milano (III,XXV). Ma in realtà il nostro anticipa quanto avvenne in seguito, quando Enrico veramente si recò a Pavia e vi rimase dall'11 al 15 aprile 1311; cf. VENTURA 231-32.

³⁹² Cf. *Compilatio* 257: «... reduxit exules in civitates suas, paruerunt ei omnes urbes Liguriae praeter paucas obedientes regi Roberto». Cf. COMPAGNI III,XXIV: «... ricevendo la fedeltà fino presso a Milano; e fu molto impedito dal re Ruberto era in Lombardia»; CERMENATE 39: «... Alexandria et Alba dumtaxat exceptis, quarum urbium fides, aut ulla deditio, ex parte regis, minime requisita est; credo quia ambae Roberto regi erant deditae, qui illum ipsum (habuere) Romanum regem in dominum recognoscere et sibi ut superiori obedire, promiserat»; 40: «... plerique Ligures et Lombardi, etiam quos ex proscriptis exilibus suarum terrarum incolas atque cives fecerat...».

imperator promiserat pape Clementi non molestare terras que dominio dicti regis Roberti erant. Et intravit Mediolanum per unam diem ante vigiliam Natalis Domini eiusdem millesimi 393.

17. Principio anni sequentis, scilicet MCCCXI, apud urbem Mediolani in Modoecia corona ferea secundum morem coronatus fuit 394. Reduxit exules Ligurie sicut iam dictum est. Paruerunt ei omnes civitates Ligurie, exceptis dictis superius. Tebaldum Brusatum et eius partem reduxit in Brixia<m>, et promisit quod filium eius elevaret de batismate 395; simile fecit de gelfis Mantue ad ponpam, qui illico per gibellinos fuerunt expulsi.

18. Ad memoriam pariter et noticiam Lombardorum reducere volo miserias, angustias, calamitates, tormenta et cladem temporum que fuerunt in Lombardia per ipsum Henricum, et de malo in peius iugiter acreverunt, ut ex hoc maxima posteris subsequatur utilitas. Nam consequencium rerum certitudo fit preteritarum exhibicio. Si prudentes ea que scripta invenerunt attente prospexerint et animo reportaverint non forte in posterum sub iugo et potentia agresti generis hominum, imo verius quodammodo inhumani,

393 Cf. CERMENATE 39.

394 In verità a S. Ambrogio a Milano, cf. CERMENATE 39.

395 Cf. *Compilatio* 257: «Principio anni sequentis apud urbem Mediolani corona ferrea secundum morem coronatus est, reduxit exules in civitates suas, paruerunt ei omnes urbes Liguriae praeter paucas obedientes regi Roberto. Reduxit in Brixiam Theobaldum Brusatum hominem factiosum, atque, ut eum sibi fidum ac benevolum faceret, passus est eum Theobaldum compatrem fieri in baptismate filio imperatoris noviter nato ac eum prae ceteris honoravit»; *Compendium* 765: «Principio anni sequentis coronatus est corona ferea ut mos est apud Modotiam. Exules in civitates suas reduxit. Paruerunt ei urbes Lombardie preter Alexandriam et alias civitates que regi Roberto parebant. Reduxit in Brissiam Theobaldum Brusatum hominem faciosum et strenuum plusquam probum. Insuper voluit quod eius compater fieret ex filia ipsius imperatoris ac eum pre ceteris honorabat». Non è esatto il commento della HANKEY (*ibid.* nota 1) secondo la quale la *Compilatio* colloca giustamente l'incoronazione a Milano, contro il *Compendium* che la colloca a Monza: la *Compilatio* dice solamente «apud urbem Mediolani», ed il *Compendium* precisa quell'«apud». Nota che nel testo di Gasapino è già tutto chiarissimo: «apud urbem Mediolani in Modoecia»; e BEZANI 74: «... in ecclesia sancti Ambroxii in Munza...». Cf. MALVEZZI 965.

Theotonicorum, Wandalorum et Umgarorum crudeliter iruent, sed pocius eisdem totis viribus resistendo similem vitabunt iacturam³⁹⁶.

19. Miserere itaque Deus, miserere Lombardorum tuorum fidelium et devotorum sacrosancte ecclesie tue, ne in Teothonicorum fulgur ipsorumque inhumanum incident furorem, quibus quando casus contingit consulte istorum alterum neccessarium foret quod aut resistendo eisdem morirentur vel optinerent aut, iuxta sentenciam proverbii antiquissimi, velocissime fugerent dicentis:

*Cum imperatore<m> venire audies
centum milia passuum debes.*

20. Et primo videndum est unde tanti furoris et scelera istius domini Henrici inicium insultavit, ex quo clades, ruina et desolatio Cremonensium emanavit. Ex hoc certe fuit quia cum Cremonenses se subiecissent sub iugo ipsius domini quod dominum credebant iustum et sanctum, non tyranicum, ut in brevi evidenter apparuit, exemplo domini Guidonis de la Ture, qui eidem, cum Mediolani fuit, illico civitatis Mediolani dominium quod obtinebat tradidit pacifice et quiete, aliarumque civitatum Lombardie et Marchie Tervisine, exceptis Bononia et aliis superius nominatis, que per eorum solenpnes ambaxatores et simdicos, ut Guido prefatus, se subiecerant dominationi eiusdem.

21. Eorum exules Cremonenses gibellinos imperatoris mandato in civitate receperunt, cum quodam nomine domino Francischio de Clavexana imperatoris vicario et potestate in Cremona³⁹⁷. Et cum gibellini, ipsius rectoris consilio et favore, qui eisdem in quantum

³⁹⁶ *Gesta* 14-16.

³⁹⁷ «Franciscus de Cauresano» figura nel catalogo dei vicari in *Const.* p. 534 n. 579.

³⁹⁸ «Franciscus de Cauresano» figura nel catalogo dei vicari in *Const.* p. 534 n. 579.

poterat favebat, fortilicias quasi omnium usurpasent castrorum et circa fraudes clam de nocte et die insciis guelfis ipsum consulerent rectorem. Dubitationis fama orta fuit, ne una die proderet guelfi; deinde quedam magna extorsio pecunie imperatoris nomine sub specie inposicionis salis divisim per civitatem inposita fuit, ex quo non modicum cives conquerebantur et maxime quia ipsius civitatis homines pati gravamina non consueverant extorsionis averis.

22. Hiis ita precedentibus, quadam die aliqui pessimi homines cives minori numero XX acriter in platea civitatis exclamare ceperunt: «*Ad arma! Ad arma!*»³⁹⁹, deinde divisim per diversas civitatis partes curere eodem modo exclamantes, hoc non sine dolo et fraude comitentes. Ex quo repente maximus rumor et tumultus populi elevatus fuit, et quasi omnes cives cucurerunt ad plateam armati quid hoc esset ignorantis. Ex hoc gibellini domibus eorum se absconderunt, non propterea ipsorum aliquis in persona vel rebus extiti offensus. Sequenti die ille rector precibus civium et precio non potuit retineri quin ad imperatorem procederet conquerendo⁴⁰⁰. Gibellini pocius invidia moti, videntes quod amicos in civitate non habebant et quod civitatis dominium pocius erat guelforum, se etiam ad principem contulerunt, omnia mala et pessima de guelfis mendaciter aserentes, pro quibus nemo loqui audiebat, nemo comparere apud imperatorem, nec ullo alio tempore aliqua venia pro insontibus tantum non culpabilibus potuit per aliquos optineri. Alia etiam inseritur causa, quia guelfi Cremone dominum Guidonem de la Ture de Mediolano per imperatorem cum illis de domo sua expulsum

³⁹⁹ Lo stesso grido che risuona a Milano nel tumulto del 12 febbraio, cf. CERMANATE 51.

⁴⁰⁰ Ben diversamente BEZANI 74-75: «Anno autem suprascripto, scilicet MCCCX, die XX febr. dominus Fachetus de Canosia marchio, vicarius dicti domini imperatoris, qui gubernabat civitatem Cremone pro dicto domino imperatore, fuit expulsus de dicta civitate per nobiles et popullares dicte civitatis».

in Cremona receptarunt⁴⁰¹. Nam Guido prefatus, translato dominio Mediolani quod habebat in ipsum imperatorem, magnus et potentissimus remansit in urbe. Ex quo imperator vel timens de ipso, vel quia in animo conceperat ubique gelfos et fideles ecclesie delere⁴⁰² et ipsorum nomen radicitus per Ytaliam extirpare, ipsum Guidonem et alios de domo eius aliasque complicos et amicos suos de Mediolano fraude Mathei Vicecomitis et Galeaz, eius filii exulum noviter reversorum, teothonico furore⁴⁰³ exterminavit, MCCCXI die veneris XII marci⁴⁰⁴, ipsumque crimine lexe mayestatis dapnavit insontem⁴⁰⁵. Hiis diebus guelfi exules qui intraverant Mantuam expelluntur a Pasarino de Bonacossis, modico tempore post introytum eorum.

23. Sunt aliqui, et maxime gibelini, qui imperatorem excusant enormibus que comisit, asserentes quod malum habebat consilium, pocius consilium quam ipsum inculpantes. Et quomodo tales respondent prodictioni iudayce Pergamensibus machinate, qui eidem civitatis Pergamensis posse, fores victualibus per bienum munite, dominium tradiderunt, et in ipsius honorem in exercitu Brixie commorantes victualia, ex quibus quasi totus exercitus vexebatur, de

⁴⁰¹ Cf. FERRETO I 304-05. Questa è una delle ragioni che spiegano per il BOWSKY *Henry VII...* 114 la successiva crudeltà dell'imperatore nei confronti di Cremona. La ribellione di Cremona è per CERMENATE 65 conseguenza diretta del tumulto a Milano. A Cremona Guido morì (*ibid.* 106).

⁴⁰² Cf. quanto dice un protagonista del tumulto Milanese a Galeazzo: «delendam ubique per urbem Guelficam gentem censeo» (CERMENATE 60).

⁴⁰³ Cf. CERMENATE 58: «... stolidus furor Theutonum paucis placet...»; 62: «...Theutonus furor....».

⁴⁰⁴ Febbraio, cf. CERMENATE 50-63; BEZANI 74: «Erat quidem dominus Guido de la Ture tunc capitaneus et dominus generalis civitatis Mediolani et comitatus et ex quadam deceptione sibi facta per illos de Vicecomitibus expulsus per gentes dicti domini imperatoris de Mediolano fuit cum paucis sequacibus, videlicet cum eius filiis et illis de domo sua et certis civibus, suis amicis, die XII febr.».

⁴⁰⁵ Tutto ciò è confermato dalla sentenza di Enrico contro Guido della Torre ed i Cremonesi emessa a Cremona il 10 maggio 1311 (CERMENATE 77 nota).

Pergamo ad exercitum vehi procurabant, sine quibus minime exercitus durare potuisset? Quos ut pecudes non memor tanti comodi vendidit Pergami gibellinis pro XIII milibus florinorum auri, quos frater imperatoris Galeranus recepit, et quos in plaustris XVIII numero fereis vinculis conpeditos ad ipsorum gibellinorum instanciam fecit in Verona carceribus mancipari?

24. Nonne certo certius est quod Pasarini de Bonacossis de Mantua consorte recepit quinquaginta milia florinorum pro dominio civitatis Mantue, quod eidem vendidit in tyranidem, et quia Pasarinus eidem optulit LX milia, resisa prima vendicione, similem ei fecit vendicionem, prima pecunia retenta et emptori non restituta, ex quo ille fuit omnibus suis bonis exutus et ubique per Pasarinum persecutus, saltim priam pecuniam primo tradidisset emptori? Sed forte recordebatur quod impari et causa turpitudinis pecior est condicio possidentis.

25. Nonne Veronam vendidit Cani de la Scala in tyranide consueta pro LXXX milibus florinorum auri, et eodem modo Vicenciam certa magna quantitate, cuius posset cum Paduanis possidentibus idem Canis furtive vel per prodictionem invaserat noviter? Similem etiam vendicionem fecit de civitate Tervisii Ricardo de Camino pro L milibus florinorum auri, quos dominus Parens de Scormatis pro domino Ricardo ipsi imperatori in Mediolano consignavit.

26. Quis ignora<t> a comuni Mediolani quando ibi erat ante exercitum Brixie C milia florinorum auri extorsisse, non amore, non policite, sed coacte, et XX milia pro augusta ⁴⁰⁶? Quid fecit

⁴⁰⁶ Cf. VENTURA 231: «Tunc voluit habere florenos centum millia auri, quos eidem dederunt inviti». CERMENATE 45-46 parla di un donativo di 50000 proposto da Guglielmo da Pusterla, di altri 10000 per la regina proposto da Matteo Visconti; infine - con sarcasmo, a me pare - Guido della Torre fa la proposta finale: «Perchè non 100000 in tutto, così facciamo cifra tonda?»; in realtà le somme percepite veramente da Enrico sono diverse (*ibid.* nota relativa). In ogni caso sono avvenimenti *antecedenti* l'assedio di Brescia.

Paduanis? Nonne facta promissione ambaxatoribus suis, stipulatione et omni solemnitate valata, quod eos non inquietaret si ei offerrent C milia florinorum auri, pecunia ab ipsis extorta, illico omnes Padue nobiles et magnates guelfios exulavit ab imperio, et capitali sentencia si quo tempore in eius potencia pervenissent ut predictores condempnavit, non obstante eorum absencia et etiam criminis ignorancia.

27. Nonne extortis a Cremonensibus quos carceratos habebat ultra XXV milia florinorum auri, nichilominus eos carceratos et gravioribus penis retinuit? Quis predo fuit unquam qui extorto auro a captivo eum carceribus non liberet? Quid iniquius? Nonne in die sancti Francisci in ecclesia fratrum Minorum in presencia X milia personarum Cremone et aliunde sentenciam de captivis Cremone carceribus ubique relaxandis promulgavit, in conspectu Dei noviter celebrati quam eadem die gibellinorum Cremone precibus et instancia, et pro duabus milibus florinorum auri cardinali Hostiensi domino, gibellinorum patre, per gibellinos Cremone largitis revocavit. De penis autem carceratorum ipsorum Cremonensium inferno, ut ita loquar, gravioribus, ego ...⁴⁰⁷ quia de primis L ambaxatoribus in Reminengo conpeditis possum ut presens prohibere⁴⁰⁸ testimonium veritati et certe, sicut nil infernalibus penis potest equiperari, et earum enormitas nam humana posse minime comprehendendi, sic aliis penis et aliis in preteritu inpositis hee insoncium Cremonensium posset gravitate dolore et fletus nullatenus consonari. Fui namque postquam pluribus mensibus in castro Rumenengi; permanseram transmutatus cum XXII in fundo turis Castri Leonis veluti in tumulo, absque lucis aliquo fulgore, et LXII ut plurimum nudi eramus, quorum quilibet propter locum artum cum

⁴⁰⁷ Lacuna.

⁴⁰⁸ Per «perhibere».

socios a lateribus oprimebant; ubi tantus fetor propter neccessitates humane nature que ibi turpiter remanebat quod ultra turim per multa spacia fetoris exalatio acrem corupebat. Tanta ipsis carceratis pediculorum erat multitudo et lues, quod eos quodammodo erodebant, quod bibere et comedere non poterat aliquis quin de ipsis assumeret. De quibus circa L ibi brevissimo tempore turpiter obierunt. Ego autem, postquam de illo inferno omni substancia propter extorsionem pecunie et expensas graves exutus Omnipotentis gratia evasi, fere per annum gravitate corporis semimortuus remansi, nec longo alio temporis spacio bene potui liberari, nec credo me ad pristinam perpetuo reformari sanitatem.

28. Nonne dominus Supramons nobilis cremonensis cum XIIIII aliis nobilibus ut plurimum, militari titulo coruscantibus, vigilia Natalis Domini veneno sufocatus a quodam gibellino forte imperatoris conscientia, et die Natalis ut canes omnes non in sacro sepulti ⁴⁰⁹? Quomodo ergo tam turpia et horenda imperatoris prelibati Henrici facinora excusationis aliquo teguntur adminiculo, que ex certa siencia et ex proprio ipsius emanarunt mandato.

29. De istius nenpe domini avaricia et crudelitate longe maiora possent enarari; ne legentes tedeant hiis sum breviter contentus, alia innumerabilia et enormia aliis dimitens scribenda. Et bene de plano confiteor falsissimum et crudelissimum et avarissimum consilium ex proceribus suis habuisse, sed comune dicebatur ipse satis avarus quia ex se ipso pauper erat ⁴¹⁰, et multa de eo possent dici quia Lombardia post eius recessum fuit in maxima guerra et discordia, sicut inferius apparebit. Stando Imperator Henricus in Mediolano

⁴⁰⁹ Per CERMENATE 76 «nobilis atque innocens Supramons cum plerisque huius miseriae sociis» mori in carcere.

⁴¹⁰ Cf. CERMENATE 44: «Hic etenim rex noster, vere magnanimus et omnium virtutum dives, erat pecunia et auro nimium pauper...».

MCCCXI dominus Tebaldus Bruxatus cum parte sua expulsit gibellinos de Brixia, et imperatori rebellavit⁴¹¹. Eodem millesimo de mense aprilis⁴¹² imperator Henricus recessit de Mediolano, deinde venit Laude, deinde Cremonam⁴¹³. Sed veniente imperatore Henrico a Mediolano Cremonam, L ambaxatores ipsius civitatis Cremone nobiles et potentes, de quibus superius fit mencio, die sabati in quodam festo sancti Georgii XX aprilis⁴¹⁴ se moverunt de civitate, et die dominico sequenti in ipsius domini maiorem reverenciam et honorem apud Paternum coram eius maiestate. Et procerum comitiva forte XXV baronum incederunt cum cerigiis et cingulis laqueatis ad colla eorum involutis, devotissime, in luto propter pluvias, flexis et nudis genibus suplicantibus et veniam pro patria et insontibus tantum deprecantes, qui eidem civitatis claves cum sigillo obtulerunt per syndicum etiam communis civitatem, et singulares omnes personas earumque avere et natos ad libitum tradiderunt⁴¹⁵.

⁴¹¹ *Compilatio* 257: «Brixiae Theobaldus Brixatus, expulsis fraude concivibus, qui eum iussu imperatoris pace receperant, imperatori rebellat...»; *Compendium* 765: «Brisie Thebaldus Brusatus expulsis concivibus qui eum pace receperant imperatori rebellat...». Cf. BEZANI 76: «Hoc facto prefatus vero inperator habitu Cremone dominio, dominus Tebaldus de Bruxadis, civis et nobilis Brixie et conpater dicti domini inperatoris, qui factus erat dominus dictae civitatis vicariatus nomine pro ipso domino inperator, dictam civitatem domino inoperatori rebellavit et se opposuit».

⁴¹² II 19.

⁴¹³ Su questa spedizione punitiva vedi G. SOMMERFELDT *König Heinrich VII. und die lombardischen Städte in den Jahren 1310-1312* «Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft» 2 (1889) 119 sgg.; F. SCHNEIDER *Kaiser Heinrich VII Greiz-Leipzig* 1924-28 116 sgg.; A. CAVALCABÒ *Le ultime lotte del comune di Cremona per l'autonomia Cremona* 1937 (su cui però vedi le gravi riserve di E. DUPRÈ THESEIDER RSI s. 5 4 (1939) 441 sgg.) 31-39, 41-55;

⁴¹⁴ Sabato era il 24, e la festa di S. Giorgio si celebra generalmente il 23, ma in molte città del settentrione d'Italia proprio il 24.

⁴¹⁵ Cf. CERMENATE 75: «... per lutum miserando cultu, quippe laqueis ad collum positis, pergentes praesentiam regis iuxta Padernum decem millibus passuum ab urbe sua distans, in agris quaerunt; et ante pedes vectoris sui profusi, lacrymis vitam petunt, [etiam vicinis hostinus miserandi!]»; COMPAGNI III,XXVIII; MALVEZZI 967: «... de ea civitate generosi cives partis Guelfae cum multitudine populi venienti imperatori laqueis collo

Quo peracto et suplicatione per quemdam ex ambaxatoribus egregie facundie dominum Çanebonem de Stagis iuris peritus nobilissime enarata⁴¹⁶, comes Sabaudie⁴¹⁷, ex procerum unus, imperatore nil dicente⁴¹⁸, versus ambaxatores inquit: «Et vos sic dicitis et vultis?». Illico omnes responderunt: «Sic, domine». Statim omnes sub fida custodia consignati fuerunt cuidam militi Johanni de la Calcia, avarissimo et nequissimo homini presenti, scutiferorum mareschalco⁴¹⁹, ac ducti in quadam domo sita in ipso Paterni loco muris circundata⁴²⁰.

impositis lacrymabiliter occurrerunt, genibus flexis ad lutum misericordiam ab eo luctuosis clamoribus postulantes»; *Chr. Reg.* 22; CORTUSI 13.

416 Gasapino è il solo a dire che il portavoce dell'ambascieria era Tomasino Zanebono Stanga, mentre tutti gli altri cronisti alludono a Sopramonte.

417 Amedeo.

418 Cf. CERMENATE 75: «o fida regni comes clementia, quam cito regem nostrum deseris! hi primum miserrimi Cremonenses te pulsam vultu regio sentiunt! nam sese dentium, humiles ac despctos vultus et habitum, flexo in laevum vertice respuens, precatus humiles, nec non duros motura lapides, Supramontis verba non audit»; MALVEZZI 967: «At ille ab eis faciem suam, et aures prorsus avertit».

419 Ricordato come vicario imperiale a Milano in CERMENTAE 41; marescalco era Enrico di Fiandra (*ibid.* 55, 66, 110, 125).

420 Cf. CERMENATE 75-76: «qui illico saevae Theutonum custodiae dantur, donec per municipia saevis carceribus distributi miserabiliter destinentur»; BEZANI 75-76: «Et hoc facto eodem millesimo prefatus dominus inperator die XXVII aprillis equitavit cum paratu multarum gentium Cremonam, ex eo quod Cremonenses prefati depellerant rectorem, qui erat Cremona pro dicto domino inperator, et signa fecerant inhobedientie versus eumdem. Nobilles autem qui preerant civitati Cremona tunc erant dominus Supramontus de Amatis cum illis de domo sua, illi de Burgo, dominus Poncinus de Ponzonibus, dominus Gulielmus de Cavalcabobus, dominus Gregorius de Summo, illi de Pizenardis. Et quando ipse inperator fuit propinquus Cremona ad quatuor milliaria, exiverunt ipsam civitatem XXIII de maioribus et sapientioribus civibus Cremona. Inter quos fuit dictus dominus Supramontus de Amatis, qui erat capitaneus totius populi Cremona, et post eum universaliter totus populus dictae civitatis; et quando Cremonenses predicti fuerunt ad iactum baliste dicto inperatori vicini, in lutum maximum eorum corigiis ad colla sua positis et flexis genibus se proiecerunt clamantesque cum toto eius populo ad ipsum inoperatorem atque postulantes ‘misericordiam, misericordiam’. Ipse autem inperator ab allia parte vie transivit versus predictos misericordiam clamantes, eius faciem non volvendo, et equitavit versus Cremonam, in luto relictis dictis XXIII magnis civibus. Qui XXIII cives, inter quos fuit dictus dominus Supramontus de Amatis, fuerunt de mandato inperatoris inmediate ligati et conducti ad diversos carcere districtus Cremona, et dictus dominus Supramontus ligatus conductus fuit

30. Audi gravius, quia non contentus illis L⁴²¹ secrete, ante quam nos captionis eorum potuisse Cremone referi, misit Cremonam nuncios ex eius conscientia asserentes quanto maior exiberetur domino honor, tanto misericordia motus maiores indulgenciam exibent. Ex quo illi sapientes qui Cremone remanserunt circa C alios incaute nil fraudis suspicantes, pro eadem reverencia transmixerunt exibenda ad dicti Paterni locum qui illico cum primis in custodia fuerunt consignati. Sequenti die lune versus civitatem equitavit Cremone cum innumerabili eius militum et peditum exercitu. Iusit autem captivos omnes predictos ad castrum Rumenegi conduci. Qui illa die ibi binatim fuerunt gravissimis fereis omnes conpediti, et consignati in diversis locis dicti castri, quia omnes invicem commorarit non poterant, licet pluribus diebus invicem permanserunt.

31. Proficidente Cremonam sprevit paleum aureum a nobilibus Cremone supra capud eius et alia signa in eius honorem portari⁴²²; ex quo quam plurimi ex ipsis iuvenibus nobilibus sapienter provisi illico de civitate fugerunt⁴²³. Vehebatur etiam honorifice carocium

et positus in carceribus in quadam rocha Castri-Leonis districtus Cremone; qui carceribus crudeliter omnes quasi vitam in parvo tempore finierunt»; MUSSATO IV,VIII: «qui in municipiis Riminingi et Castri Leonis et caeteris tenebantur».

⁴²¹ Cf. BEZANI 76: «Prefatus dominus imperator de hiis civibus nobilibus sic captis et carceratis non contentus...».

⁴²² Cf. CERMENATE 76: «Itaque ad urbem turbidus procedit rex, atque obvium palium, quod, honoris causa, supra verticem eius cives cum maxima reverentia ferre volunt, respuit; ac caeteris honoribus [per Cremonenses reverentiae causa omnino] spretis, iratus etiam moenibus urbis, Cremonam intrat, cum magno exercitu Mediolanensium, nec non paucis exilibus...».

⁴²³ Cf. BEZANI 76: «Et plures maiorum Cremone, qui erant indomiti et reliquis aliis maioribus minus prudentes, scilicet domini Gullielmus et Iacobus et fratres de Cavalcabobus et dominus Poncinus de Ponçonibus, Gregorius de Summo, Iacopinus de Persico, Lionardus de Piçenardis, cum multis aliis civibus Cremone tunc apparuerunt sapientiores, ex eo quia exiverunt Cremonam nolentes obedire mandatis ipsius imperatoris, et equitaverunt Vitalianam quasi omnes predicti».

populi versus eum quod minime respesit; imo aliqui ex ipsius gente eum frangere voluerunt.

32. Cum fuit Cremone, hic etiam iudaicum comiti (!?) decrevit secretissime gibellinorum consilio, et auctoribus quibusdam, ut fertur, fratre Lamtelmino Predicatorum ordinis, fratre Comrado de Dovaria apostata piçocharo, et iam Apostolorum fratre, et de heresi redarguto et corecto, et quodam domino Egidio de Alegris, nequisimis gibellinis, qui peractis prosperitatis temporibus magni et guelforum quasi extiterant complices et domini, et de quibus ipsi guelfi sperabant fiduciam pleniorem propter honorem quod eis exhibuerant ac honorem ostensum; sed ipsi se ad nature cursum moverint, quia de gibellinis erant amtquis, quantum sub spe et colore pacis et concordie, melius parentelis et aliis remediis reformande inter guelfos et gibellinos reversos, ac etiam sub specie victualium ad civitatem vehendarum, ut earum copia haberetur. Fecit convocari per rectorem seu potestatem Cremone omnes nobiles et magnates Cremone et magis in eorum contratis prevalentes guelfos una cum gibellinis reversis et aliis eorum voluntatis in certis scripturis per portas et contratas mixtim scriptos, ut suspectam causam non perpenderent, et in dolum ipsius incaute et velocius inciderent nec fuge iter eriperent. Quod forte fecissent, si soli sine gibellinis ita omnes requixiti fuissent. Et mirum fuit quia in tam magna et potenti civitate quam unus solus valoris et preheminencie ex gelfis in calamo non remansit qui non fuerit taliter requisitus. Sed aliqui dolum et prodictionem suspicantes, ut domini marchiones de Cavalcabovibus cum filiis et universa familia, Pinus de Vernaciis, Grigorius de Summo et certi alii preheminenciores, se longius absentarunt, et aliqui latenter alienis mansionibus comorantes caucius sibi perspicientes aliis insontibus eorum consociis qui comparuerunt sub pacis intencione et patrie comodo. Ecce quod citati comparuerunt in

